



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



Mus. Bibl.

II.

71.

[The page contains extremely faint and illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the document. The text is scattered across the page and cannot be transcribed accurately.]

1000 77 8 8

8° 2. 55. Jun.

JOHANNIS DE FORDUN
SCOTICHRONICI
VOLUMEN QUARTUM.





Præfatio Ethelredi, Rivallensis Abbatis, in librum Lamentacionis regis Scotorum David.



ILLUSTRISSIMO duci Normannorum, & Aquitanorum ac Andegavensium comiti, Henrico, frater autem Baldredus vel Ethelredus, fervus fervorum Christi, qui Rivalle sunt, Salutem & ora-

Ista sunt scripta prius quæ sequuntur usque [Lib. 5. ca. 35.]

ciones. Adeo secundum naturam ² vicium est, virtus contra naturam, ut virtutem laudet & approbet eciam viciosus: vicium vero, si humanæ rationis sequatur iudicium, nec viciosus excuset. Nam & vicium, quasi semetipsum, ob innatam sibi turpitudinem, erubescens, semper latebras quærit, & optat secretum; cum econtra virtus, suæ sibi pulcritudinis & honestatis conscia, ad omnium tripudiet & exultet aspectum, ob solam humilitatem publicum fugiens & humanum testimonium horrens. Quoniam igitur animæ rationali naturaliter inest amor

1. Ad imum faciei secundæ folii 34. poni debuit. ubi tamen hoc signum non conspicitur. 2. L. virtus est, vicium contra naturam, &c.

virtutum, odium viciorum, quicumque bonis moribus virtutisque studuerit, facile sibi omnium allicit & inclinat affectum. Hinc est, vir illustrissime & excellentissime, quod te multorum, qui te oculis non viderunt, mentibus impressit fama virtutis, cum admiracioni sit universis ne minus delectacioni, in tali ætate tanta sapientia, in tantis deliciis tanta continencia, in tantis negociis tanta providencia, in tali subtilitate talis severitas, in tali severitate talis benignitas. Quis enim non obstupeat, juvenem, pro regno certantem, abstinere rapinis, cædibus parcere, cavere incendia, nullum gravamen inferre pauperibus, pacem & reverenciam ecclesiis & sacerdotibus conservare? Unde non immerito Andegavencium gloria, Normannorum tutela, spes Anglorum, Aquitanorum decus, ab omnibus prædicaris. Hoc tantum superest, ut Christum Ihesum, horum munerum largitorem agnoscas, & exoptes conservatorem. Ego vero considerans, de quorum progenie originem duxeris, gratias ago Domino Deo meo, quod pro talibus patribus talis nobis filius, quasi novus quidem splendor, illuxit. In quo cum omnium antecessorum tuorum

Fol. 31. a. virtutes convenerint, maxime tamen in te spiritum Christianissimi regis Scotorum David gaudeo quievisse. Unde divina providencia actum existimo, ut illius mundissimæ manus

1. Sublimitate *supra*, p. 456.

baltheo te cinxerint militari, per quas Christi gracia virtutem tibi castitatis illius, humilitatis & pietatis infunderet. Quoniam autem, recenti morte illius contristatus, vitam ejus & mores, sicut nunc amor, nunc timor, nunc spes, nunc dolor, meum ¹ narravit affectum, non historiando sed lamentando brevi stilo collegi, te, quasi pietatis illius heredem, intimi cordis dilectione suscipiens, ipsam tibi lamentacionem destinare curavi. In qua cum laudabilem ejus vitam & preciosam legeris mortem, illam imiteris, ut istam consequi merearis. Adjeci eciam de ² genealogia tua libellum unum, quo potentissimorum regum Angliæ mores optimos & gesta forcia tangens, quoddam tibi probitatis exemplar & regiæ virtutis composui speculum, ut ab eis ³ potissimam discas normam vivendi, ex quorum progenie, quasi de optima radice, fructus optimus processisti. Omnipotens Deus conservet te, & augeat gratiam suam, excellentissime & illustrissime Domine.

Incipit Lamentacio in morte Scotorum regis David.

AUTOR. Rex igitur Alexander, ad extrema deductus, fratrem suum David, qui solus ex fratribus supererat, non tantum regni, sed devocionis eciam erga Dei ecclesiam, & pauperum tutelam, reliquit heredem. Sategit

1. Potius, variavit, ut supra, p. 457. 2. Genealogiæ MS. 3. Sic enim,

enim, ut, quod frater ejus Alexander sæpe dictus inceperat, ipse ad finem, Deo juvante, perduceret. Plures eciam ecclesias, pluraque monasteria, tam monachorum quam sanctorum monialium feminarum, constituit, quibus & multa beneficia contulit. Præterea in fervos & ancillas Christi multa operatus est opera misericordiæ, quæ nostræ non est facultatis evolere. **LAMENTATIO.** Religiosus & pius rex David migravit è mundo, qui licet dignum tali animæ locum invenerit, mors tamen ejus planctum nobis indicit. Quis enim non lugeat, virum, tam necessarium mundo, rebus humanis exemptum, nisi is, qui rebus humanis pacem invidet & profectum? Juvenes & virgines, senes cum junioribus, induite vos ciliciis, & aspergite cinere, audiatur in excelsis clamor vester, & planctus vester in coelestibus. Inter vestibulum & altare plorate sacerdotes Domini, ministri Dei nostri, quoniam recessit à vobis qui consolabatur vos, qui vestiebat vos duplicibus, qui ditabat muneribus, qui honoribus sublimabat. Verumtamen nolite flere super eum, sed super vos ipsos flete & super filios vestros. Amodo quippe jam dicit Spiritus, ut ipse requiescat à laboribus suis, opera enim illius sequuntur eum. Nichil igitur mali viro illi optimo accidit, nobis accidit si quid accidit. Sed ut quid dico, si quid accidit? Heu! 2 in-

[Lib. 5.
cap. 36.]

Fol. 31.b.

1. Vestri *supra*, p. 458. 2. Incredibili *MS.*

credibile dictu quantum accidit, qui eum amissimus virum, qui non sibi vivebat sed omnibus, omnium curam agens, omnium saluti prospiciens, rector morum, censor scelerum, virtutum incentor, cujus vita humilitatis fuit forma, justiciæ speculum, castitatis exemplar. Rex igitur mansuetus, rex justus, rex castus, rex humilis. Quis facile dixerit, quid utilitatis humanæ vitæ contulerit, quem mansuetudo amabilem, justitia terribilem, compositum castitas, humilitas communem fecerat? Quæ omnia si in privato quolibet laude dignissima judicantur, quanto magis in rege, cui potestas dat licere quod non libet, cujus viciis facile favent inferiores, proni ad imitandum, prompti ad adulandum, cum impunitas præstat audaciam, libido vero acuat & accendit luxuriam? Laudatur enim peccator à peccatoribus in desideriis animæ suæ, & qui inique agit, ab iniquis benedicetur. Quis est igitur hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Quæ? Potuit enim transgredi, & non est transgressus. Quis similis tui in regibus terræ, ô rex optime, qui te in auro pauperem, in throno humilem, in armis mitem, castum in deliciis exhibebas, qui te modestum plebi, æqualem militibus, inferiorem sacerdotibus ostendebas, omnibus omnia factus, nec omnibus consulens ad virtu-

1. *Potius, ut supra, p. 459. ut omnibus consuleres ad &c.*

tem? Merito igitur memoria nominis tui dulcis in cordibus nostris, suavis in affectibus nostris, memorabilis in sermonibus nostris, cui fatis congruit quod lectum est :

[ll. 5. cap.
37.]

DILECTUS à Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione est. Vere dilectus à Deo, qui dirigit mansuetos in judicio, qui docet mites vias suas. Dilexit quippe regem mansuetum & pium ille mitis Deus & humilis corde, cujus optimos mores eciam in hac vita magna mercede donavit, cujus in hac vita non pepercit offensis, nunc puniens, nunc remunerans, finem desiderii ejus semper attendens, & ideo ad salutem semper exaudiens. Ita ¹ tu Domine Deus meus exaudiebas eum, Deus tu propicius fuisti ei, & ulciscens in omnes adinventiones illius. Nam in eo eciam ad litteram constat esse impletum, quod in Psalmo scriptum est, *Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Scimus, eum regnum non appetivisse, sed horruisse, magisque ² illud ob alienam necessitatem suscepisse, quam dominandi libidine initum avide invasisse. Unde & obsequia illa, quæ à gente Scotorum in novella regum promotione more patriæ exhibentur, ita exhorruit, ut vix ab episcopis ea suscipere cogeretur. ² Sublimatus vero in regnum, nichil superbum in moribus, nichil in

Fol. 32.a.

1. Tamen pro tu supra, p. 460. 2. Sullimatus MS.

verbis crudele, nichil inhonestum præferebat in factis. Unde tota illa gentis illius barbaries mansuefacta, tanta se mox regi benevolencia & humilitate substravit, ut, naturalis oblita sæviciæ, legibus, quas regia mansuetudo dictabat, collo submitteret, & pacem, quam eatenus nesciebat, gratanter acciperet. Nec mansuetudo illa remissa videbatur aut segnis, cum in puniendis ² & justiciæ per omnia cederet, ne videretur gladium sine causa portare, & mansuetudinem in corde teneret, ne videretur non exercere judicium, sed suæ potius impacienciæ satisfacere. Credo enim, nuncquam sine magna cordis contricione eciam in eos, qui prodicionis ipsius rei fuerant, exercuisse vindictam. Vidimus enim sæpe in poenis latronum vel proditorum pectus tundere, lacrimas fundere, ut manifestum fecerat, se in reis puniendis, ut minister legum obedire justiciæ, non sæviciam exercere. Unde non immerito velut mansuetus hereditavit terram, quantam nullus antecessorum illius ³ possederat, & delectabatur in multitudine pacis, quam inter barbaras gentes, & ⁴ diversitate linguarum & morum sibi contrarias, & propter mutuas mortes & vulnera sibi inimicissimas, tanta ⁵ cautacione composuit, tanta auctoritate fervavit, ut inter cognatas gen-

1. L. colla, ut supra, p. 460. 2. Deest & in superioribus, p. 460.
3. Possiderat MS. 4. Diversitates supra, p. 461. 5. Cautacione loc. cit.

[Li. 5. c.
38.]

tes, ejusdemque generis & linguæ homines, tale foedus tanto tempore vix aliquando viderimus custodiri. Præcellit his, ut michi videtur, quod talem servabat modum in utroque, ut in severitate justiciæ ab omnibus amaretur, & in lenitate justiciæ ¹ misericordiæ ab omnibus timeretur, quamvis optaverit semper magis amari quam timeri. Unde non immerito dilectus à Deo & hominibus videbatur. Dilectus plane à Deo, qui statim, in ipsis regni sui iniiciis, ea, quæ Dei sunt, diligenter exercuit, in ecclesiis construendis, in monasteriis fundandis, quæ & ampliavit possessionibus & divitiis, honoribus ² cumulavit. Nam cum ipse in toto regno Scotorum tres vel quatuor tantum invenit episcopos, ecclesiis ceteris sine pastore, tam morum quam rerum dispendio, fluctuantibus, ipse tam de antiquis quas reparavit, quam de novis quas ipse erexit, decedens XII. reliquit. Monasteria autem Ordinis Cluniacensis, Cisterciensis, Tironicensis, Arronensis, Præmostrencensis, Beluacensis, viz. non pauca nec parva, plena fratribus dimisit. Inter quos sic fuerat quasi unus ex ipsis, & bona laudans & bene placens, & si qua forte minus laudanda emergabant, verecunde ³ dissimulans, omnibus subtractus, sollicitus pro omnibus, & nichil exigens.

1. Et mis. *supra*, p. 462. 2. Cumilavit *MS.* 3. Dissimilans *MS.*

O Dulcis anima, quo abisti, quo recessisti? Quærun-
 t te oculi nostri, nec invenire poterunt, erigunt se aures nostræ, ut audiant vo-
 cem jocunditatis tuæ, vocem humilitatis, vocem confessionis, vocem consolacionis, & ecce silen-
 cium. Ubi vultus ille suavissimus, qui se tam mi-
 tem pauperibus, Sanctis tam humilem, fociis se præbuit tam jocundum? Ubi oculi illi pleni pie-
 tatis & graciæ, quibus & congaudere gaudentibus, flere cum flentibus, consuevisti? Quid agitis,
 ô mei oculi, quid agitis, quid diffimulatis emit-
 tere quod parturitis, producere quod intus re-
 conditis? Deducite lacrimas per diem & no-
 ctem; nolite parcere, quoniam hæ deliciæ meæ
 erunt in recordacione dulcissimi domini & a-
 mici mei. Nec solus lugeo. Scio quod lugent
 mecum sacerdotes & clerici, quos venerabatur
 ut patres. Lugent sanctimoniales & monachi,
 quos² amplectebatur ut fratres. Lugent mili-
 tes, quorum se dominum nesciebat, sed so-
 cium; lugent viduæ, quas tuebatur; orphani,
 quos consolabatur; pauperes, quos sustenta-
 bat; miseri, quos fovebat. Erat enim moeren-
 cium consolator, pater orphanorum, & judex
 promptissimus viduarum. Nam cum alia regni
 negocia aliis committeret iudicibus, pauperum
 semper & viduarum sibi negocium reservabat.
 Ipse auditor, ipse defensor, ipse judex. Nec
 quisquam pauper, vel vidua, aut orphanus, ali-

[Lib. 5.
ca. 39]

1. Diffimulatis *MS.* 2. Amplectebatur *MS.*

quid queremoniæ delaturus ad eum ingredi prohibebatur, sed statim ab hostiario introductus, eciam si in summis necessariisque negociis & consiliis, cum magnis eciam paucisque personis, occuparetur, omnibus intermissis audiebatur. Vidi eciam & ego oculis meis, cum aliquando paratus ire venatum cum in scanfili pede posito equum vellet ascendere, ad vocem pauperis, audienciam sibi dari postulantis, quod pedem retraxerit, relictoque equo & regressus in aulam, ea die non reversurus ad propositum, judicia civilissimi sed & magnificentissimi ¹ Turiani principis exuperans vel saltem imitans, causam, pro qua fuerat appellatus, benigne & patienter audierit. ² Consueverat præterea ad ostium aulæ regiæ sedens pauperum & vetularum, quæ certis diebus de singulis quocumque ³ veniebant regionibus vocabantur, causas diligenter audire, & singulis cum multo sæpe labore fatifacere. Nam sæpe litigabant cum

Fol. 33. a. illo, & ipse cum illis, ³ tamen contra justiciam personam pauperis nollet accipere, & ipsi nolent rationi, quam ostendebat, acquiescere. Taceo quam mira affabilitate & morum suavitate omnium in se provocabat affectum, quomodo se omnium moribus coaptabat, ut nec gravibus lenis, nec lenibus durus crederetur. Denique si contingeret, ut sacerdos, vel miles,

1. Trajani *supra*, p. 464. 2. Veniebat *MS.* 3. *Potius*, cum contra, *ut supra*, p. 464.

vel monachus, vel dives, vel pauper, vel civis, vel peregrinus, vel negociator, vel rusticus cum eo sermonem haberet, ita cum singulis de suis negociis & officiis convenienter & humiliter differebat, ut singulis quisque sua eum tantum curare putaret, & sic omnes jocundos & ædificatos dimitteret. Ita enim populum illum rudem & agrestem ad mores compositos & edomitos illicere satagebat, ut non solum de magnis regni sui causis, verum de minimis quibusque, ut puta de ortis, de ædificiis, de pomeriis, curam gereret, ut eos ad similia suo exemplo provocaret.

SUPER omnia autem sollicitus erat, ut, [Lib. 5. cap. 40.] quemadmodum ¹ forinsecis, ita eciam & ab intestinis & domesticis diffensionibus ferirentur maxime sacerdotes Domini & viri religiosi. Inter quos quocienscumque, sicut est humana miseria, discordia oriebatur, non quiescebat spiritus ejus, non caro quiescebat, donec precibus, blanditiis, aliquando lacrimis, raro autem minis, eos in pacem ² pristinam revocaret. Nec dedignabatur pro tali causa regium illud caput ad ejus ³ genua, qui forte in hac parte durior appareret, cum verbis humilibus humiliter inclinare, ut vinceretur vericundia, qui vinci non poterat benevolencia. Sane castitatem in eo laudare non est necesse,

1. A forinsecis *supra*, p. 465. 2. Prestinam *MS.* 3. Janua *MS.* cum,

cum, post initum semel matrimonium, ¹ fidem, thorum, servaverit; adeo ut non solum non cognosceret aliam, sed nec umquam indecenter aspiceret, sicut carne ita & mente, manu, motu, gestu, oculis, ac sermone pudicus. Nam ita communis erat vita ejus, ita in luce & in manifesto opera ejus, ut nuncquam in hac parte vel levi suspicione ureretur. Nullum ei secretum præter consilia, thalamus ejus omnibus patuit ad fessum, ad cubitum, ad secessum. Unde, quod mirum dictu est, tantam ei gratiam virtus divina contulerat, ut nuncquam post mortem uxoris, cui supervixit viginti tribus annis, vel in sompnis carnalis contagionis pateretur injuriam. Quid ² tripidas, ô anima mea, quid formidas eciam ea, quæ displicent, proferre in medium, cum non solum bonorum virorum sit laudanda justitia, verum eciam, si forte deliquerint, poenitentia prædicanda? Legimus, Aaron, primum sub lege pontificem, populo, idolum sibi fieri postulanti, præbuisse consensum. Moyses ipse ad aquas contradictionis pronuntiatur coelesti sententia deliquisse. Mariam prophetissam, ob murmur in Moysen, lepra fuisse percussam Scriptura testatur. David sanctus, post spiritalium gratiarum innumera munera, quasi ³ diem bonitatis oblitus, primum servi sui fidelis adultravit uxorem, quem deinde

Fol. 33. b.

1. *Potius*, fidem thori, ut *supra*, p. 466. 2. *Sic*. 3. *Malim*, divinæ bonitatis, ut *supra*, p. 467.

mira prodicione peremit. Fateor, peccavit & noster David: peccavit, non seipsum foedando aliquo scelere, sed alieni crudelitati vires, plusquam oportuit, ministrando. Nam post mortem regis Henrici Angliæ, sororii sui, cum exercitum egisset in Angliam, gens illa effera & Anglis inimicissima, supra humanum morem sævientes, in ecclesiam, in sacerdotes, in utrumque sexum, in omnem ætatem, crudelia exercuere judicia. Quæ omnia licet eo nolente, ymmo eciam prohibente, facta ¹ sint, quia ² cum poterat eos non duxisse, poterat eos semel expertus non reduxisse, poterat eos fortasse plus cohibuisse; & ipsum peccasse cum lacrimis confitemur. Excusent eum alii zelum justiciæ prætendentes, sacramentum, quod fecerat, attendentes, regiæ hoc esse virtutis proclamantes, quod fidem servavit, quod non violavit sacramentum, quod contra perjuros arma tulit, quod ad heredes regnum, quod eis pater delegaverat, quod eis clerus & populus data ³ juratoria caucione firmaverat, revocare temptavit. Habet forte aliquem apud pietatem tuam locum,

bone Ihesu, hujus excusacionis ^{i. eloquium} elogium; ego autem sciens, quia bonum est confiteri tibi, elegi rogare non excusare, misericordiam petens non præsumens de judicio. Dico ergo, non intres in iudicio cum servo tuo, quia nullus

1. Fuit, *MS.* 2. *F.* tamen. 3. *Male supra, p. 468. victoria pro juratoria.*
apud

apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum tribuatur remissio. Maluit enim ipse se accusare quam excusare, maluit pectus tundere quam exerere. Scimus eciam, eum ita hoc horruisse peccatum, & ad summa virtutum studia aspirasse, ut abrenunciasset regno, sceptrum deposuisset, & in locis Dominicæ passionis & resurrectionis ad spiritualem se miliciam contulisset, nisi eum sacerdotum & abbatum consilia, lacrimæ pauperum, viduarum gemitus, plebis desolacio, & totius regni sui clamor & ejulatus revocasset.

CORPORE igitur, non mente aut voluntate, detentus omnino, religiosorum virorum se commisit consilio, & de præclara militia templi Jerosolimitani optimos fratres secum retinens, eos diebus & noctibus morum suorum fecit esse custodes. De elemosinarum largicione, de oracionum, missarum, Psalmorum frequentacione dicere supersedeo, cum ab ipsa adolescencia in hac observacione admiracioni fuerit universis. Hæc sunt quæ me consolantur in dolore meo, Ihesu bone, non ut dicam non peccavit, sed quod poenituit, quod

Fol.34. a. flevit, quod confessus est, quod consilium Sancti Danielis secutus est, dicentis ad Nabugodonosor, peccata tua elemosinis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum. Præterea, ô fons bonitatis, & pietatis origo, nonne propicius

cius fuisti ei, cum ulcisceris in omnes inad-
 vencionēs illius ? Corripuisti eum, Domine, cor-
 ripuisti eum ut pater filium, verumtamen in
 misericordia, quoniam non continuisti in ira
 tua misericordiam tuam. Dediti enim ei filia-
 lem in flagellis affectum, ut non murmuraret,
 & non recalcitraret, ymmo & in flagellis gra-
 cias ageret, dicens cum propheta, omnia quæ
 fecisti nobis, Domine, in vero iudicio fecisti.
 Hæc vox ejus, hic affectus ejus, cum ejus fun-
 deretur exercitus, cum cedere necessitati à pro-
 priis militibus cogereetur. Hæc vox ejus, cum
 immisisset ei Deus inimicum quemdam pseudo-
 episcopum, qui se filium comitis Moraviensis
 menciebatur, in quo satis apparuit divina po-
 testas, in cujus manu sunt omnium jura regno-
 rum, cujus nutu omnia disponuntur, ipse Do-
 minus faciens pacem, & creans malum. Non
 igitur gloriatur sapiens in sapientia sua, nec
 fortis in fortitudine sua, quoniam gressus ho-
 minis à Domino diriguntur, qui regem invictis-
 simum, qui tot sibi barbaras subdiderat nacio-
 nes, qui de Moraviensibus & insulans parvo la-
 bore triumphaverat, ex monachi cujusdam men-
 daciis flagellavit. Qui licet statim dignam ope-
 ribus suis mercedem invenerit, in hiis tamen
 omnibus rex Christianissimus manum Domini
 recognovit. Postremo, & Deus ulcionum, ut
 paciencia illius omnibus innotesceret, effudisti

[Lib. 5.
cap. 42.]

1. Ulcisceris MS.

super eum iram tuam, & omnem iram furoris tui, castigans eum castigatione crudeli, cum ei filium unicum abstulisti. At qualem filium? erat enim adolescens speciosissimus, amabilis omnibus, & ut breviter omnes virtutes ejus commemorem, excepto quod patre paulo suavior fuerat, per omnia patri similis. O Domine Deus meus, quibus flagris dolorum affixisti cor ejus, cum unigenitum suum, quem amantissimum & sibi similem fuerat expertus, ipse portaret ad tumulum, à quo simili simile speraret obsequium? Attamen, ceteris flentibus & ejulantibus, vir ille, cui nichil defuit ad virtutem, tanta paciencia virgam patris excepit, ut & lacrimis parceret, & cibum ipsa die¹ obitus sui cum familia sua regali more perciperet. Absit igitur, ut hoc illi imputetur peccatum, quod in præfenti divina punivit justitia, quod ipse proprii oris confessione dampnavit, quod lacrimis lavit, quod redemit elemosinis, quod quotidiana cordis contricione purgavit. Ipse sui accusator, ipse contra se judex, ipse in se carnifex. Nam si nosmet judicaremus, ait Paulus, non utique judicaremur.

DEPONE proinde, ô anima mea, sepone paulisper tristitiam, & hunc ultimum vitæ suæ² annum quam religiose transegerit, cum mentis alacritate revolve, in quo toto

1. Oblitus *supra*, p. 471. male. 2. Animum *MS.*

corde conversus ad Deum, lumbis præcinctis Fol. 34. b.
 cum lucernis ardentibus vigilans, Domini præ-
 stolabatur adventum. Vigilabat, qui nichil ju-
 dicare, nichil discernere, nichil constituere, sine
 religiosorum ac probatissimorum virorum con-
 silio præsumebat. Vigilabat, qui singulis die-
 bus sepcies laudem dixit Domino, media nocte
 surgebat ad confitendum ei. Vigilabat, qui ele-
 mosinam consuetam hoc anno per omnia du-
 plicatam quotidie, post missarum & oracionum
 sacra solemnia, propriis manibus pauperibus
 erogabat, & sic reliquum diei tempus inter cle-
 ricos & religiosos fratres residens, ea, quæ ad
 ædificacionem erant, aure humili audiebat. Vi-
 gilabat, qui testamentum suum ante annum,
 quo ab hac vita decessit, sapientissime fecit, &
 quod habebat thesauri in manus virorum reli-
 giosorum tradens, eorum fidei, ad parciendum
 sicut ipse dictaverat, commisit. Vigilabat, qui
 omni die Dominica peccata sua confitens, Chri-
 sti corpus percipiebat & sanguinem, & sic ad
 vocem sponsi vocantis aures semper attonitas
 habens, cum sollicitudine ejus expectabat ad-
 ventum. Denique, hiis sacris diebus Quadra-
 gesimæ, cum, pro quadam necessitate domus [Lib. 5.
ca. 43.]
 nostræ, ejus adiffem præfenciam, inveni, fateor,
 in rege monachum, claustrum in curia, in pa-
 lacio monasterii disciplinam. Certis namque
 horis¹ diurnis vacabat officiis, & Psalmis &

1. Divinis *supra*, p. 472.

orationibus intendebat, certum itidem tempus pauperum obsequiis deputabat. Et, ut nichil illi ad vitam honestam deesset, etiam hora conveniente honesto alicui operi, i. herbis plantandis, vel furculis, à sua radice excisis, alieno trunco inferendis, operam dabat. Hora demum legitima sumpto cibo, cum fratribus religiosis & paucis viris honestioribus religioso quodam ocio mentem paululum relaxabat, sicque sole adhuc stante, cum pro defunctis consuetum persolvisset officium, lucernali hora completa, cum summo silencio castum petebat cubile, usque ad ortum solis nulli deinceps locuturus. O! felix anima, quam veniens Dominus invenit sic vigilantem, ideoque sic parata cum eo feliciter ad nuptias introivit.

SED ecce! hanc exultacionem spiritus mei consideracio nostræ infelicitatis¹ interpellat, & faciem, quam fides & pietas Christiana siccaverat, fructus lacrimarum, quas affectus educit, iteratis rigat doloribus. Quid igitur facies, ô Scocia desolata, quis consolabitur te, quis miserebitur tui? Versa est in luctum² cithara tua, & organa tua in vocem flencium; extincta est lucerna tua, cor tuum evanuit, elanguit virtus tua, viror gloriæ tuæ emarcuit, defe-

1. Interpellit *MS.* 2. Cithera *MS.*

cit ille qui illustrabat te, qui te de terra inculta
& sterili gratam fecit &c.

Reliqua hujus Lamentacionis scripta sunt
supra in fine libri quinti. [Lib. 5. ca. 43.
pag. b. l. 12.]



DOMINUS Alexander III^{us}. Fol. 35. a. [Elp. Lib. 7. C. 32, 33.]
rex Scociæ, die Sancti Calixti
desponsavit Yoletam, filiam
comitis de Droco, ad cujus
nuptias regaliter celebrandas
quàmplures nobiles, tam de
Francia quam Scocia, cum innumera multitu-
dine utriusque sexus, solempniter convenerunt.
Quibus peractis, Franciginæ, variis ² onerati
muneribus, exceptis paucis cum regina rema-
nentibus, læti remeaverunt. Eodem anno, XIII.
Kal. Aprilis, obiit bonæ memoriæ idem Alexan-
der, illustris rex Scociæ, apud Kingorne, & ho-
norifice sepultus est in Dunfermling. Cujus
mors ³ tam lacrimosa fuerat regno Scociæ &
nociva, dampna subsequencium temporum pa-
tenter declarant. Qui rex annis triginta sex
regnavit. Omnibus diebus vitæ hujus regis
Christi floruit ecclesia, sacerdotes ejus debita
honorabantur reverencia, aruit vicium, abfuit

1. Anno Domini M.CC.LXXXVI. *addis MS. Harl.* 2. Lætificati
MS. Harl. 3. F. quam.

dolus, cessavit injuria, viruit virtus, viguit veritas, regnavit justitia. Hic eciam juste, & ob suæ probitatis ¹ merita, dictus est rex, eo quod recte se rexit & suos, jus suum unicuique tribuens, & si quos de suis aliquando habuit rebelles, tanto rigore disciplinæ eorum repressit insanias, ut, misso fune ² in collo, ad suspendium parati, si suæ placitum esset voluntati, suo subderentur imperio. Propter quod prope & procul, non solum amicis, sed eciam adversariis, & præcipue Anglicis, timore habebatur pariter & amore. Et cuncta ejus tempora, quibus vixit in terra, erant sub firma pace & tranquilla, & jocunda libertate secura. O! vere infelix Scotia, cum tali & tanto caruisti duce & auriga, &, quod infelicius est, nulla ab eo prole relicta ad succedendum legitima. Ejus ³ quoque mors tibi extat jugis causa luctus & mœroris, cujus vita laudabilis tot & tanta præcipue tibi contulit salutis incrementa.

De reginæ custodia post mortem Alexandri.

[Elp. Lib.
8. C. 1.]

MORTUO siquidem principe magnifico supradicto, omnibusque liberis de suo corpore procreatis, ac eciam cunctis legitimis heredibus & cognatis, à rege Wilhelmo avo suo linealiter vel à latere quomodolibet descendentibus, excepta una parvula puella, nomine Mar-

1. Merito *MS.* 2. In *omittit MS. Harl.* 3. Ergo *pro quoque in MS. Harl.*

gareta,

gareta, filia Margaretæ reginæ Norgwagiæ, filia quondam regis Alexandri prædicti, vacavit regnum Scociæ vi. annis & ix. mensibus, absque regimine regis, prout in antiquis dicebatur vaticiniis :

*Principe magnifico tellus viduata vacabit
Annis bis ternis, mensibus atque novem.*

Versus.

Regebatur tamen sex custodibus, viz. Domino Willemo Frazer episcopo Sancti Andreæ, Duncanò comite de Fyff, Johanne Comyne comite de Buchane, ex parte boreali aquæ de Forth vel citra Forth deputatis, Roberto episcopo Glasgwenfi, Domino Johanne Cumyne, & Jacobo Seuer Scociæ ex parte australi aquæ de Forth, vel ultra Forth constitutis. Sed Duncanus de Fyff paulo post rebus exiit humanis, ut postea patebit. ¹ Durante adhuc numero annorum supradicto, Edwardus primus, rex Angliæ, & princeps magnificus, cognito, quod puella prædicta, nomine Margaretæ, filia regis Norgwagiæ, simul & filia filia sororis suæ, esset vera & legitima heres regni Scociæ, affectansque omni studio & diligencia prædictum regnum Scociæ suo regno conjungere & adunare, ordinavit & constituit, anno M.CC.LXXXIX. sex speciales procuratores & nuncios solempnes, ad disponendum, ordinandum & tractandum

Fol. 35.b.

1. Deinde durante ab hinc numero an. f. Eadwardus Langschankes, rex Angliæ, cognito, quod *MS. Harl.*

inter

inter ipsum & custodes prædictos Scociæ & ceteros episcopos, ac totum clerum nobilesque viros, comites, barones, & totam communitatem ejusdem regni, super matrimonio contrahendo inter Edwardum filium suum & heredem, & Margaretam prædictam veram Scociæ tunc heredem. Dictis vero nunciis suum negotium & tractatum cum communitatis prædictæ nobilibus debite exequentibus, antedicti custodes, cum ceterorum regni consulibus, petitionibus eorundem nunciorum decreverunt fore annuendum. Ita tamen, quod regnum Scociæ foret liberum & quietum ab omni servitute & subjectione, sicut erat melius & liberius tempore quoad vixit Alexander III. rex ipsius illustris, quoad jura & consuetudines, tam ecclesiasticas quam seculares, hæcenus usitatas & servatas, secundum quod patet in quodam instrumento, per eosdem confecto, cujus copia in libro processus Baldredi plenius continetur. Et in ¹ causa, quod prædictum matrimonium non teneret, vel alter contrahencium sine prole in fata ² decederet altero existente superstitite, in omni casu & eventu ad proximos heredes regnum prædictum libere, integre, & absolute, absque ulla subjectione, restitui debeat & reverti. Et, ut dictum negotium ad finem perduceretur optatum, nobiles Scociæ duos milites, sciencia & moribus præclaros, Michaëlem

1. Casu, quod *MS. Harl.* 2. Decederit *MS.*

de Wemyng & Michaëlem¹ Stoc ad regnum Norwagiæ, pro matrimonio faciendo, & puella adducenda ad regnum, solempniter direxerunt. Sed, proth! dolor, incompleto negotio dicta puella ab hac luce migravit, anno Domini m. cc. xci. Qua mortua, statim facta est contencio inter Johannem de Balliolo & Robertum de Bruyise seniorem (nam tres tunc erant, qui uno nomine vocabantur, superstites, Robertus viz. ille nobilis senior,² filius sive & nepos suus, qui postea fuit rex) super jure & hereditate regni Scociæ,³ quæ modo qui sequitur sopita fuit ad tempus. [Elph. L. 8. C. 2.]

De distincione juris Roberti de Bruyse & Johannis de Balliolo.

NOBILES regni memorati cum suis custodibus prænominatis super creacione sui regis inter se tractabant sæpissime, sed ea, quæ scenciebant, super jure successionis,⁴ proponere non præsumebant. tum quia causa difficilis erat & ardua; tum quia super jura varii varia scenciebant & multipliciter vacillabant; tum quia⁵ potencia parcium, quæ maxima erat & multum timenda, merito metuebant; tum quia superiorem non habebant, qui eorum

Fol. 36. a.

1. Scot ad regem Norwagiæ MS. Harl. 2. Filius suus comes de Carrik, & nepos suus, qui postea MS. Harl. 3. Quæ quidam [l. quidem] contencio modo quo sequitur sopita fuit ad tempus C. MS. Harl. 4. Nobilis MS. 5. Proferre MS. Harl. 6. F. potenciam.

sententiam per potestatis rigorem executioni posset demandare, vel partes compellere ad observanciam sententiæ. Istitis cum diligencia consideratis, tandem unanimi consensu decreverunt inter se, pro Edwardo rege Angliæ nuncios mittere solemnes, ut in causa ipsa iudex fieret superior, ac juris utriusque declarator, atque ut ejus potentia partem, contra quam sententiam ¹ promulgaret, secundum juris exigenciam debite coherceret. Mittunt igitur pro ipso, in remotis sua negocia gerente, Dominum W. Frazer episcopum Sancti Andreæ, adjunctis sibi quibusdam aliis. Venit requisitus. diem conveniendi in unum coram eo apud Berwicum omnibus nobilibus regni Scociæ, cujuscumque essent status vel condicionis, præfixit, ac partes, inter quas ² contraversia erat, una cum ceteris omnibus, qui jus in dicto regno vendicabant, vocari mandavit. Ita tamen, quod talis vocacio vel comparicio nullum præjudicium generaret regno Scociæ, ac eciam, ut per hoc nullum jus vel superioritas domini sibi accresceret, cum ad hoc, non tamquam superior Dominus, vel iudex de jure, sed tamquam amicabilis arbiter & vicinus præstantior, ad ³ sedandam discordiam, per suam sapienciam simul & potentiam, more amicabilis compositoris & gracia ⁴ vicitudinis, vocaretur. Et hoc ante diem & litis ingressum expresse per suas litteras patentes

1. Promulgaret *MS. Harl.* 2. Sic. 3. Cedendam *MS.* 4. Sic.

1 præcavebant. Convenientibus igitur in unum coram eo apud Berwicum omnibus libere tenentibus de regno Scociæ, qui debuerunt & poterunt interesse, præstito ab eis juramento, quod ejus decreto, sentencialiter proferendo, quo ad declaracionem juris regiæ successionis firmiter obedirent, obligatisque omnibus episcopis & ceteris de clero, simul cum antedictis custodibus, comitibus, baronibus & ceteris communitatibus, tam Burgencium quam libere tenentium, per unum instrumentum autenticum, sigillis omnium supradictorum simul roboratum, ut illi, tamquam regi de jure & de facto, & Domino superiori, omnes & singuli obedirent, quem ipse de duobus contendentibus regnandum declararet. Hiis itaque ordinatis, sæpèdictus rex elegit viros, sciencia & ætate, moribus & fidelitate, præclaros, & in quolibet statu vel gradu prudenciores, numero LXXX. secundum quosdam, secundum alios autem XL. vel, secundum quorundam opiniones, XXIII. quorum XII. de Anglia, & XII. de Scocia fuerunt; quibus, recepto gravi juramento de veritate dicenda, dedit in mandatis, ut, ceteris omnibus exclusis, qui jus in regno vendicabant, quoniam plures erant, sub debito juramenti præstiti, & in suarum periculo animarum, inter prædictos, Johannem scilicet & Robertum, fideliter inquirendo discernere, & discernendo sibi mani-

Fol. 36. b.

festarent, quis eorum ¹ pinguius vel clarius jus in regno Scociæ haberet, qui prædicto regi Alexandro, jure propinquitatis, secundum consuetudines regni approbatas, succederet. Ordinata assisa, modo quo præmittitur, & in loco secreto à frequentia populi separata, ac arcius custodita, idem ² rex, secum comitante ad illos de assisa, quando & quociens volebat, solus intrabat, & de exitu rei sæpius inquirebat. Tandem cognoscens per eorum insinuacionem, quod Robertus de Bruyse esset potior jure, secundum leges & consuetudines approbatas, firmata custodia assisæ recessit, & suos de privato vocavit, intimans diffinicionem assisæ, & super hoc cum eorum consilio deliberans, quid super præmissis esset faciendum. Cui Antonius Beck, episcopus Dunelmensis, talem proponebat quæstionem: *Si Robertus de Bruyse fuerit rex Scociæ, ubi manebit Edwardus rex Angliæ, cum idem Robertus sit de nobiliori prosapia totius Angliæ, & quod cum hoc regnum Scociæ potens sit valde in se, atque quod regibus Angliæ retroactis temporibus multa incommoda fuerant per reges Scociæ illata?* Ad quod idem rex, quasi caput concuciens, Gallica lingua respondit, dicens: *Par le sank Dieu, vous aves bunchante, quod est dicere, per sanguinem Christi, tu bene cantasti. aliter ibit ne-*

[Elph. 1.8.
C. 12.]

1. Potius, propinquius, cum MS. Harl. 2. Rex, nullo secum comitante, nullo secum ad illos de assisa, MS. Harl. 3. Quod in regno Scociæ potens sit valde in se, ita quod regibus MS. Harl.

gocium quam prius disposueram. Similiter omnes de suo consilio nunc clam, nunc palam, modis omnibus, sibi suggerebant, ut, sine subjectione, nuncquam proferret sententiam, cum tempus ¹ instaret oportunum, quo diu desideratum suum posset complere desiderium. Istitis sic deliberatis, vocari fecit Robertum de Bruyise seniore, quærens ab eo, si prædictum regnum ² tenere de eo vellet in capite, ³ ut ipsum regem faceret atque constitueret ejusdem? Cui respondit simpliciter & dixit, si prædictum regnum per viam juris & fidelem assisam adipisci valeam, bene quidem: sin autem, nuncquam in servitutem redigam acquirendo michi regnum præfatum, quod omnes reges ejusdem cum magno tædio, ⁴ labore, sine servitute sub firma ⁵ pace hucusque servaverunt. Hoc audito, & ⁶ eo remoto, & vocato Johanne de Balliolo, ipsum ⁷ similiter pulsavit quæstione qua primum, qui cito deliberans cum consilio suo, satis corrupto, prædicti regis voluntati consensit, ut regnum Scociæ de eo teneret, & homagium faceret pro eodem. Quo facto, cito post vocatis partibus in præsentia nobilium Scociæ & Angliæ pronuntiavit, Johannem de Balliolo in ⁸ successionem regni heredem fore legitimum, & ipsum

1. Nunc instatet *MS. Harl.* 2. Teneri *MS. Harl.* 3. Et si sic, ipsum regem *MS. Harl.* 4. Et labore *MS. Harl.* 5. Libertate *MS. Harl.* 6. Eo callide remoto *MS. Harl.* 7. Simili *MS. Harl.* 8. Successione *MS. Harl.*

jura sentencialiter diffinivit habere pociora.
 Fol.37. a. Post datam vero sententiam, comes Gloverniæ,
 tenens Robertum de Bruyise per manum, in
 conspectu omnium, regi sic dixit: *Recognosce, ô
 rex, quale judicium hodie dedisti, & scito, quod¹ in
 extremis oportet te judicari.* Statimque antedictus
 Robertus Bruyise, de mandato ejusdem comitis,
 recessit,² ut nunquam Johanni de Balliolo ho-
 magium præstitit vel fidelitatem.

*Hic³ incipit compendiosa computacio sive
 4 Genealogia regum Scociæ.*

UT autem clarius appareat, de Jure Jo-
 hannis de Balliolo & Roberti de Bruyise,
 inferitur hîc compendiosa series generacionis
 regum Scociæ,⁵ descendencium à rege Mal-
 colmo & Sancta Margareta ejus sponfa, usque
 ad obitum Margaretæ, filiæ regis Norwegiæ,
 & Margaretæ reginæ ejusdem regni, filiæ sc.
 regis Alexandri tercii,⁶ in cujus morte omnis
 posteritas, à rege Willelmo sive linealiter sive
 à latere descendens, penitus extincta est &
 deleta. Qua visa, facilius & clarius liquebunt
 de jure prædictorum pro regno Scociæ diu liti-
 gancium. ⁷ *Anno Domini M.LXVII. certe.*

1. In extremo examine oportet te judicari *MS. Harl.* 2. Nec
 nunquam Johanni *MS. Harl.* 3. *Genealogica omnia præcedunt hæc
 processum in libro Reg. R.GALE. & in Cod. Harl.* 4. Genealogia
MS. 5. Descendentis *MS. Harl.* 6. Et in morte filiæ illius Mar-
 garitæ omnis posteritas, *MS. Harl.* 7. Anno Domini M.LXVII.
 Malcolmus Canremore, rex Scotorum, Sanctam *MS. Harl.*

Malcolmus, rex Scociæ, Sanctam Margare-
tam duxit in uxorem, de qua genuit sex filios
inclitos, viz. Edwardum, Edmundum, ¹ Ethel-
redum, Edgarum, Alexandrum & David, & duas
filias, Matildem & Mariam. Ex hiis sex filiis
tres regnaverunt successive, scilicet Edgarus,
Alexander & David. Item omnes filii deceffe-
runt sine liberis præter David, qui genuit unum
filium tantum, nomine Henricum, comitem de
Huntington. Iste Henricus genuit tres filios,
scilicet Malcolmum, Willelmum & David, &
mortuus est ante patrem suum. Mortuo rege
David, Malcolmus nepos suus, tunc XII. annos
habens, regnavit octo annis, & mortuus ² est.
Cui successit Willelmus frater suus, qui regnavit
³ LII. annis, & mortuus est, & sepultus est in
monasterio de Abbirbroth, quod idem funda-
vit. Iste Willelmus rex genuit Alexandrum II.
qui sibi successit & regnavit xxxvi. annis. Hic
mortuus est apud Curlay, & sepultus est apud
Melroise. Iste Alexander genuit Alexandrum
III. qui patri suo successit & regnavit xxxvi.
annis, qui anno regni sui xxxvii. mortuus est
apud Kyngorn, & sepultus in Dunfermling.
Iste Alexander III. genuit ex Margareta, regina
Scociæ, sorore regis Edwardi primi Angliæ,
quæ jacet in Dunfermling tumulata, duos filios,
Alexandrum & David, sed ambo mortui sunt

1. Eadgarum, Ethelredum *MS. Harl.* 2. Est virgo. Cui *MS. Harl.* 3. Quinquaginta annis *MS. Harl.*

sine liberis ante patrem. Genuit eciam unam filiam tantum, nomine Margaretam, ex eadem regina. Hæc filia disponfata fuit Ericio, regi Norwagiæ, qui suscepit ex ea unam filiam tantum, nomine Margaretam, quæ in puellari ætate mortua est, & sic finivit tota progenies regis Willelmi Scociæ, & suorum successorum, penitus deleta, & idcirco ad David, fratrum prædicti regis Willelmi juniorem, merito extat & necessario recurrendum.

Regnantibus rege Willelmo & Malcolmo, David eorum frater junior factus est comes de Huntingtone, ratione comitissæ ejusdem, quam acceperat in uxorem, de qua genuit tres filias.

Fol. 37.b. Quarum vocata est prima Margareta, quæ nupsit Alano de Galwedra, de qua idem Alanus genuit duas filias, quarum prima, nomine Darvorgilla, nupsit Johanni de Balliolo, qui genuit ex ea unum filium, nomine Johannem, qui postea fuit rex Scociæ, & ille Johannes genuit Edwardum de Balliolo, in quo Edwardo finitum est nomen masculorum de Balliolo, eo quod non habuit filium nec filiam de Darvorgilla. Eciam supradictus Johannes de Balliolo genuit unam filiam, nomine Marjoriam, sororem scilicet Johannis regis supradicti. Hæc nupsit Johanni Cumyne, de qua idem Johannes Cumyne genuit unum filium, nomine Johannem, quem Robertus de Bruyise, qui postea fuit rex, apud Dunfresfe in-

1. Acciperat MS.

terfecit.

terfecit. Iste Johannes Cumyne genuit unam filiam tantum, quæ nupsit David comiti Atholiæ, de qua idem David genuit plures filios, quorum primus & senior, nomine David, duxit in uxorem filiam Henrici de Bello monte, quam quidem idem Henricus genuit ex filia primogenita, & una de heredibus Johannis comitis de Buchane, de qua idem David genuit unum filium, nomine David. De sorore ipsius Davorgillæ, & filia prædictorum Alani de Galwidia & Margaretæ sponfæ suæ. quæ foror nupta fuit Rogerio de Quency, de qua idem Rogerius genuit tres filias, quæ fuerunt tribus nobilibus copulatæ, viz. Domino Johanni de Ferrose, Alexandro comiti de Buchane, cujus filiam primogenitam Henricus de Bello monte supradictus duxit in uxorem, & Domino de le Suche, de quibus ² innumerabilis soboles processit, quarum generationes non minus difficile quam longum est enumerare.

De secunda filia supradicti comitis David, fratris regis Willelmi prænominati, nomine Isabella, quam Dominus Robertus de Bruyise duxit in uxorem, idem Robertus genuit unum filium, nomine Robertum, & ille Robertus genuit Robertum Comitem de Carrik, & ille Robertus comes genuit Robertum regem Scociæ, & plures alios filios & fratres uterinos, sed hii omnes, excepto Roberto postea rege, sine prole

1. Filia *MS. Harl.* 2. Innumerabiles *MS.*

legittima obierunt. Habuit etiam plures filias, de quarum una & seniore, quæ nupsit Gartnay comiti de Mar, idem comes Gartnay genuit Donaldum comitem de Marr, dictum Bane, qui obiit in bello de Dupline, qui paulo ante custos Scociæ fuit constitutus. Et iste Donaldus Bane genuit Thomam ¹ comitem de Marr, qui desponsavit heredem de Menteth; sed postea, instigante dyabolo, per ² exquesitos colores, & rationes minus veras, sine prole inter eos habitam, divorcionem procuravit. De alia filia, quæ nupsit Hugoni comiti de Rosse, idem Hugo genuit Willelmum ³ comitem.

Robertus vero rex, quando fuit comes de Carrik, duxit in uxorem Isabellam, sororem Gartnay comitis de Marr supradicti, de qua genuit unicam filiam, nomine Marjoriam, quæ nupsit ⁴ Waltero Seuer Scoto, de qua idem Walterus genuit unicum filium, nomine ⁵ Robertum Seuer, postea regem. Iste Robertus copulavit sibi de facto unam de filiabus ⁶ Adæ More militis, ⁷ de qua ⁸ genuit filios & filias extra ma-

Fol. 38. a.

1. Desunt in MS. Harl. usque ad, De alia filia, inserto tamen &c. ut significetur quedam esse omissa. 2. Sic. 3. Comitem ejusdem. Robertus MS. Harl. 4. Waltero Senescallo Scociæ MS. Harl. 5. Robertum regem II. hoc nomine. Iste MS. Harl. 6. Adæ de More MS. Harl. 7. De hac re vide libellum Georg: Mackensi, cui titulus, *Jus Regium*, editum anno 1684. Lond. in margine Codicis Galeani, à manu rec. 8. Genuit proles. quam postea impetrata dispensatione in matrimonium desponsavit, ut postea dicitur. ex qua genuit Robertum tertium. Robertus tertius Jacobum regem primum, Jacobus primus Jacobum secundum, & Jacobus secundus

trimonium; quam postea, impetrata dispensatione sedis apostolicæ & optenta, desponsavit canonicè & forma ecclesiæ, anno scilicet Domini M.CCC.XLIX.

Mortua prædicta Isabella, idem Robertus adhuc comes duxit in uxorem Elizabeth, filiam¹ Haymere de Bruke comitis de Hullister, de qua idem Robertus, tunc rex, genuit duas filias, Matildem & Margaretam; ² sed dicta Margareta nupsit comiti Suthirlandiæ, de qua idem comes genuit unicum filium, nomine Johannem, qui obses fuit in Anglia cum patre suo, pro deliberatione regis Scociæ David II. sed mater sua post partum statim ab hac luce migravit. De Matilde sorore sua penitus taceo, quia nichil dignum egit memoria. Genuit etiam supra dictus Robertus rex, XVII. anno regni sui, unicum filium, nomine David, qui sibi in regno³ successit.

Et sciendum est, quod Johannes de Balliolo, sponsus antedictæ Dorwargeliæ, obiit ante mortem regis Alexandri III. prædicti, ipsa tamen supervixit.

us Jacobum tercium, qui nunc rex est. Mortua domina Isabella, idem Robertus ad huc comes duxit *MS. Harl. ubi Magni Mackullonis additamentum plane vides. Ad verba, ut postea dicitur, quod attinet, ea sunt Walteri Boweri, qui hac de re deinde egit, quemadmodum liquebit è Continuatione quam è Bowero adhibebimus. Quin & hujus rei rationem habuimus in Præfatione.*

1. Haymeri de Burkes *MS. Harl.* 2. Sed omittit *MS. Harl.* 3. Et sine prole decessit *addit MS. Harl.*

F f f f f 2

De

¶ De tercia ¹ filla comitis David, nomine Ada, nupta Henrico de Hastings, investigent & prosequantur, quorum interest, vel qui scire desiderant.

¶ Hiis visis, viri periti quærant & investigent, quis litigantium jura habeat potiora, quia ista est vera historia, & recta computacio, gradus consanguinitatis & generacionis omnium prædictorum.

Supradictus etiam ² Malcolmus ex prædicta Sancta Margareta genuit duas filias, Matildem scilicet & Mariam. Matildis nupsit Henrico ³ clerico, filio Willelmi Bastard conquæstoris Angliæ. qui Henricus genuit ex ea Matildem imperatricem, quæ nupsit Henrico imperatori, cum quo vixit per xx. annos, & sine prole mortuus est imperator; post cujus mortem, imperatrix reversa est ad parentes adhuc superstites, quorum consilio postea nupsit comiti Andegaviæ & Pictaviæ, nomine Galfrido, qui genuit ex ea unum filium, nomine Henricum, qui postea successit in regnum Anglorum, & in ducatum Normanniæ ex parte matris, & in comitatus Andegaviæ & Pictaviæ ex parte patris, sub quo passus est Sanctus Thomas, Cantuariæ archi-

¹. Filia David comitis de Huntingtone, nomine Adam, nupta Henrico de Hastings, natus est alter Henricus, & de isto Henrico Johannes & Eadmundus. De potioritate igitur juris regni investigent, quibus interest, vel qui scire desiderant *MS. Harl.* ². Malcolmus rex de prædicta *MS. Harl.* ³. Bewclerk pro clerico in *MS. Harl.*

episcopus. Iste Henricus quatuor habuit filios, scilicet Henricum primogenitum, coronatum in regem patre vivente, & ante patrem mortuus est sine liberis. Et secundum, nomine Ricardum, qui successit patri in regnum, & tertium nomine Galfridum, comitem Britannia. Et quartum filium, nomine Johannem, qui dicto Ricardo fratri suo successit in regnum. Iste Johannes genuit Henricum pacificum, Henricus Edwardum tirannum, Edwardus Edwardum secundum, Edwardus Edwardum tertium, Edwardus tertius genuit Edwardum principem Wallia, præmortuum ante patrem; Edwardus princeps genuit Ricardum, qui nunc est. Istitis breviter decursis, ad gesta annualia decurrendum est.

Fol. 38.b.

TRADITO sepulturae ecclesiasticae corpore celebri memoriae Alexandri tercii, regis Scociae supradicti illustris, anno Domini M.CC.LXXXVI. in Parlamento, tento apud Scenam, die secunda mensis Aprilis, per clerum & communitatem tocius regni Scociae electi sunt VI. custodes, de quibus paulo superius sufficienter dictum est. Et vacavit regnum à regis regimine per annos sex & novem mensibus, juxta illud prophetae, *principe magnifico.* ¶ Hæc ad quindenam post Pascha.

1. Cebris MS.

ANNO

ANNO Domini M. CC. LXXXVIII. septimo Idus Aprilis, Duncanus comes de Eyff, filius Colbria, filius Malcolmi, interfectus est apud Petpolloch à Patricio de Abirnethy & Waltero de Percy, militibus, de consilio & consensu Willelmi de Abirnethy, militis, qui alia via, sicut præordinatum fuit, inter eos transitum dicti comitis latenter cum multis expectavit, ne aliquo modo ab eis vivus evaderet. Quos statim scelere peracto, Andreas de Moravia secutus est eos cum suis misere fugientibus per loca diversa quærendo citra mare Scoticanum & ultra; quorum duos, scilicet Walterum & Willelmum, in villa, quæ vocatur Colbantone, in valle de Clide, viriliter comprehendit; ubi statim Walterum cum duobus armigeris capitali punivit sententia, & Willelmum in castello de Dowglas in custodia Domini Willelmi de Dowglas usque ad mortem carceri mancipavit, Patricius vero in Francia fugiens, ibidem diem clausit extremum.

ANNO Domini M. CC. XC. missi sunt sex nuncii solempnes, viz. duo episcopi, Dunelmensis & Karlelenfis, duo comites, Lincolnensis & Warensis, unus miles, nomine Willetmus de Veffy, & Henricus Decanus Eboracensis, & procuratores speciales Edwardi primi regis Angliæ, ad tractandum cum custodibus, & nobili-

bilibus, & communitate regni Scociæ, pro matrimonio contrahendo inter Edwardum filium suum & heredem, & Margaretam filiam regis Norwagiæ, tunc veram heredem Scociæ, prout plenius patet in quadam littera, per eosdem nuncios confecta, & eisdem custodibus tradita, de qua etiam littera superius dictum est. Eodem anno Judæi ejeti sunt de Anglia.

ANNO Domini m.c.c.xci. obiit Margareta, filia Ericii regis Norwagiæ, & legitima heres Scociæ, & eodem anno orta est lis & contencio facta sive contraversia inter duos, Johannem de Balliolo & Robertum de Bruyise, super jure regnandi & succedendi in regno Scociæ. Tandem vero, ad instanciam magnatum Scociæ, rex Angliæ Edwardus primus, requisitus, venit ad Berwicum, & ibi data fuit sententia pro Johanne de Balliolo per eundem regem, modo & forma quibus superius dictum est.

IDEM Johannes de Balliolo, ultimo die mensis Novembris, anno Domini m. cc. xcii. Fol. 39.a. factus est rex apud Sconam, & ibidem, prout moris est, in cathedra regali positus, & honore debito sublimatus. Eodem anno, xxvi. die mensis Decembris, idem Johannes fecit homagium regi Angliæ, Edwardo primo, pro regno

1. Sic. 2. Sullimatus MS.

Johannis de Fordun

Scociæ, sicut prius in aure promiserat, subiciendo ¹ ipsum perpetuæ servituti ejusdem, invitis omnibus regni primatibus præter paucos.

MEMORANDUM, quod, tempore hujus Johannis, regis Scociæ, quidam, nitentes fratrem Duncani, comitis de Fyff, nuper interfecti, nomine Makduff, privare suis terris & possessionibus de Kilwhomwar, eundem in judicium coram rege Johanne supradicto in ² pleno Parlamento traxerunt. Sed quia idem rex, ut prædicto Macduff videbatur, alteri parti nimis fuit favorabilis, à sua sententia & curia ad audienciam regis Angliæ appellavit, & ³ appellationem diligentia qua potuit prosecutus, antedictum Johannem, regem Scociæ, ad Parliamentum regis Angliæ, tentum apud Londonias, citari procuravit, ubi personaliter comparens, ad oppositiones regis Angliæ & partis per deliberacionem sui consilii decrevit per procuratores fore respondendum. Ipso igitur rege vocato, & per procuratores in judicio comparente, sæpedictus rex Angliæ, sedens pro tribunali, nullo modo antedicti regis procuratores audire volebat, donec rex Scociæ, qui tunc regi Angliæ ⁴ confedebat, de loco assurgeret, & stans in judicio coram eo propria lingua procuratoribus suis committeret responsa. Qui iussa

1. Se pro ipsum in MS. Harl. 2. F. pleno. 3. Appellata MS. 4. Assedebat MS. Harl.

complens, & ab omnibus contra statum regiae dignitatis innumeras passus injurias & despectus, tandem suis procuratoribus responsa commisit. Sicque ¹ petita licencia, cum confusione ² permaxima reversus est ad propria. Qui statim, statuto Parlamento, majores regni tam cleri quam populi convocavit, injurias, vilitates, despectus, & obprobria, ³ quos sustinuit, patenter exposuit, ac remedium ⁴ exhiberi contra nequiciam regis praedicti modis omnibus pro sua virtutis modulo laboravit. Tandem ⁵ inde determinatum fuit, quod idem Johannes rex homagium & fidelitatem regi Angliae ⁶ praestitum, tamquam per vim & metum extortum, penitus revocaret, ⁷ quodque sibi suisque mandatis ulterius in praedictum libertatis regni sui nullatenus posset obedire, litteras vero hujusmodi reclamacionis & revocacionis homagii & fidelitatis, suo sigillo signatas, cum abbate de Aberbrothoc, nomine Henrico, praedicto regi Angliae patenter direxit. Praesentatis igitur litteris, rex Gallica lingua respondit, ⁸ *Acefoll, felon tel foli fet, & statim subjunxit, sul ne venire a nous, vous vendrus aly.* Talibus responsis exhibitis,

1. Petitur MS. 2. Promaxima MS. 3. Quae MS. Harl. 4. Adhiberi MS. Harl. 5. Ibidem pro inde in MS. Harl. 6. Praestitit MS. At praestitam, & mox extortam, in MS. Harl. 7. Quoque MS. 8. Ace few felon tel foli fetis, & statim subjunxit, voit venir anus, nos vendrum aly, quod est dictu, fili fatue talem fatuitatem facis. quod si ipse mittens non vult venire ad nos, nos veniemus ad eum. Talibus MS. Harl.

Fol. 39.b. abbas prædictus, qui ob inimicicias ibidem fuerat missus, eo quod, propter suas improbitates, multis regni sui proceribus & aliis extiterat odibilis, nec valens apud regem Angliæ litteras longiores impetrare, propter brevitatem temporis quod restabat, de exitu sui conductus vix vivus evasit.

SÆPEDICTUS rex Angliæ sæpius ad marchias & regnorum confinia regem Scociæ¹ vocari fecit ad comparendum, & citari coram eo, & juri standum pro sua inobediencia & rebellionem. Sed quia ad peremptoriam citationem venire contempsit, propter suas multiplices contumacias, necnon & propter transgressionem juramenti fidelitatis & homagii violati, tulit contra eum sententiam privacionis & depositionis regni, ac etiam omnium aliarum terrarum & possessionum, quas ab eo tenebat,² ut sic eum, quem in juris injuriam ad regnum provexit, jure acquisito & omni honore collato, tam per sententiam quam de facto, privavit.

INTEREA idem rex Angliæ præparavit se ad hostiles congressus, vocansque Dominum Robertum de Bruyise avum, recognovit,³ se iniquam sententiam dedisse, & eandem revocans, prædicto Roberto promisit fideliter &

1. Vocari fecit & citari ad comparendum coram eo, *MS. Harl.*

2. Et *MS. Harl.* 3. Se nuncquam sententiam *MS.*

manucepit, quod ipsum, tamquam pinguiora & pociora jura habentem, promoveret ad regnum, altro penitus remoto, & imperpetuum privato; atque sub hac ¹ pollicitacione, verbis ² blandis plena, & omni fallacia, ad hoc induxit, ut omnibus amicis suis, in regno Scociæ constitutis, per suas litteras scriberet, atque moneret eosdem, quod omnia castra & fortalicia firmata sibi redderent & deliberarent, cum totum regis Angliæ propositum ad hoc esset intentum, ut ipsum regem constitueret & ordinaret. Scripsit ergo ³ Robertus, quod alter suggessit. Sed optento, quod desideravit, promissa nequaquam servavit.

CUM vero hæc agerentur, Johannes, rex Scociæ, cum consilio magnatum, sibi adhærencium, ordinavit ⁴ & misit omnes nobiles & libere tenentes, necnon & ceteras valentes personas comitatus de Fyff, qui tunc acephalus erat, & legitimo destitutus auriga, & eos ad custodiam & defensionem villæ Bervici, ubi majus tunc imminebat periculum, destinavit. Ad quam copiosum navigium regis Angliæ, de quinque portibus collectum, & magna hominum multitudine applicuit oneratum. Quos, ex

¹ Pollicitacione MS. ² Blandis, omni fallacia plenis, & melita deceptione circumlitis, ad hoc MS. Harl. ³ Robertus & fecit, quod MS. Harl. ⁴ Hoc A. D. M. CC. XCVI. accidisse innuit MS. Harl.

Johannis de Fordun

parte maris magnum dantes insultum, custodes villæ, ut erant armis strenui, robore fortes, animo feroces, vi repulerunt, & ¹ xviii. naves, onustas viris armatis, ² ipsisque cunctis interceptis, igne combusserunt. ³ Quo anno, mense, ⁴ Kal. die ista paulo superius recitata contingebant, scriptor hujus cronicæ certum non habebat. Sed hoc verum pro certo tenendum est, quod omnia supradicta anno Domini m.cc.xciii. & anno Domini m.cc.xciii. & anno &c. xcv. ordine, quo scripta sunt, contingebant.

Fol.40 a.5 **T**ERCIO Kal. Aprilis, anno Domini m. cc. xcvi. ob causas sæpedictas, rex Angliæ vehementer commotus in propria persona, cum magna potencia, ad villam Berwici accessit, & quam viribus capere non potuit, ingeniose & callide decipere cogitavit. ⁶ Similavit enim, se velle recedere, & removens tentoria, se finxit longius ire. Sed ⁷ tercio Kal. Aprilis statim post auroram diei, erectis vexillis & signis bellicis Scotici exercitus dolose confectis, ad portas villæ appropinquavit. Quod videntes villæ custodes, satis læti & ⁸ hillares effecti, quia nunciatum erat eis, sui regis suc-

¹.xxviii. *MS. Harl.* ².Ipsaque *MS. Harl.* ³.Desunt in *MS. Harl.* usque ad principium sequentis sectionis. ⁴.F.vel. ⁵.Anno itaque sequenti [i.e. m.cc.xcvii.] ob causas prædictas *MS. Harl.* ⁶.Sic *MS. Gal.* At in *MS. Harl.* Dum ergo circa villam aliquamdiu castrametatus fuisset, similavit, se velle. ⁷.Quarto Kal Aprilis, tunc Parasceue Domini, statim *MS. Harl.* ⁸.Hallares *MS.*

cursum

cursum pariter & auxilium in proximo affuturum, ¹ atque sub tali promissione infeliciter decepti, tamquam fideles & tocius fraudis ignari, januas aperuerunt confidenter; sed, detecta fraude & cognita veritate, cum niterentur resistere, subito ab hostibus circumvallati & circumquaque patientes insultum, repentinis congressibus miserabiliter sunt oppressi, atque modo prædicto villa capta, omnibus prostratis, rex Angliæ prædictus, nulli ætati parcens vel sexui, duobus diebus rivulis de ² corporibus occisorum fluentibus, VII. milia & v^c. animas promiscui sexus in sua tirannide desævians jussit trucidari, ubi ³ nobiles de Fyff penitus sunt extincti.

EODEM anno, XI. Kal. Maii, propter evidentissimas causas suspicionis, & probabilia argumenta conspiratoriæ pravitatis, contra regem & statum regni, omnes Anglici beneficiati in episcopatu Sancti Andreae suis beneficiis per Willelmum de Kingorne & Patricium de Campania, vicarios Willelmi Frazer episcopi Sancti Andreae in remotis agentis, sentencialiter sunt privati. Similiter reliqui omnes & singuli Anglici, tam clerici quam laici, propter suas conspiraciones ⁴ de regno Scociæ sunt ejecti.

1. *Deest atque in MS. Harl.* 2. *Cruore pro corporibus in MS. Harl.* 3. *Nobiles magnanimi & valentes bellicosi de Fiff MS. Harl.* 4. *De re regno MS.*

QUINTO Kal. Maii eodem anno commissum est bellum de Dunbar, ubi Patricius de Grame, & multi nobiles ceciderunt vulnerati, ac alii quamplures milites & barones, spe vitam salvandi, ad castrum de Dunbar fugientes, prompto animo ibidem sunt recepti. quos omnes numero LXX. milites, præter famosos ¹ armigeros, una cum Uillelmo comite de ² Rosse, custos ejusdem castri, nomine Ricardus Seward, tamquam oves ad occisionem ³ oblatrans regi Angliæ præsentavit.

ET notandum est, quod, à prima discensionis materia inter nobiles viros de Bruyis & Balliolo, super jure succedendi in regno Scotiae, erat illud regnum in duo divisum. Assistebant enim Balliolo cuncti Cumynenses, cum suis fautoribus universis. Parti vero Roberti de Bruyise, Roberto Glasgwenfi antistite indissolubili vinculo dilectionis firmiter assidente, sub ⁴ firma affinitatis confederatione de Marr & Atholia cum toto robore suæ potentiae adhæserunt. Ob quam causam, juxta vulgarem opinionem, ⁵ antedicti comites cum suis exercitibus, tam favore quam amore Bruyis, die com-

1. Armigeros, & alios valentes viros, una cum *MS. Harl.*
 2. Rosse & comite de Mentethe, custos *MS. Harl.* 3. *Potius*, oblaturus *pro* oblatrans, *cum MS. Harl.* 4. Firma fidelitatis confederatione comites de Mar & Atholie *MS. Harl.* 5. Antidicti *MS. Harl.*
 missi

missi belli antedicti, de campo fugerunt incolumes, & sic parti adversæ patuit ruina magna, ac hostis utriusque quam læta & jocunda potius est victoria. Et sicut guerranti regi Roberto de Bruyis cuncti fautores ¹ bellis postea in sua guerra habebantur suspecti, ita & in guerra ipsius Ballioli episcopus & comites suprascripti, cum omnibus fautoribus partis de Bruyis, proditores regis & regni communiter sunt reputati. Sed, proth! dolor, pro hujusmodi discordia innocens plebicola, rapidis luporum moribus patens, longa per terrarum spacia jacuit lacerata.

ADEPTA igitur de Scotis victoria apud Dunbar, ad regem Angliæ accessit Robertus de Bruyise senior, petens ab eo, ut, quod sibi jam dudum promiserat, quo ad regni ² adopcionem fideliter adimpleret. Cui ille antiquus doli artifex, cum indignacione non modica, in Gallica lingua ita respondit: *Ne auoms ren autres chose a fer, que avouse reanys gauter?* Quod est dicere, *Nuncquid nil aliud habemus facere, quam tibi regna lucrari?* Per tale igitur responsum intelligens vir nobilis versuti regis fallaciam, ad terras suas in Angliam recessit, & in Scotia ultra non comparuit.

1. Potius, Ballioli pro bellis, in MS. Harl. 2. Adopcionem MS.

PROGREDIENS inde rex¹ prædictus, traditis sibi castris de Dunbar, de Edinburghe, & de Striveling, secutus est Johannem regem Scociæ prædictum usque ad castrum de Forfare. Cui occurrens Johannes Cumyne, Dominus de Strabolgy, ad ejus pacem venit. qui statim post, juxta relacionem quorundam, antedictum regem Johannem ad castrum de Montroisse cum Edwardo filio suo de Abirdene reduxit, ubi adveniendi regi Angliæ in prædicto castro de Montroisse idem Johannes rex, regiis exutus ornamentis, & virgam albam in manu tenens, omne jus, quod habuit, vel habere potuit, in regno Scociæ, cum fusto & baculo sursum reddidit, & in manu regis Angliæ resignavit. Quem post paucis interjectis diebus una cum Edwardo filio suo navali fecit vehiculo Londoniis deduci, ibique utrumque per tempora non modica arcius custodiri. Sed processu temporis pater liberatus est, filio retento; præfinito tamen prius juramento gravissimo, quod

Fol. 41. a. in regno Scociæ prædicto jus regnandi nunquam vendicaret. Et sic restitutus ad terras suas de² Balliolis in Francia ibidem diem clausit extremum: cui eciam postea redditus est filius

1. Eadwardus pro prædictus in *MS. Harl.* 2. Balliolo in Francia longe post hoc diem clausit extremum. Cujus patrimonio in Francia permissus est & redditus Eadwardus filius suus sub priorum debito *MS. Harl.*

Edwardus sub priore debito juramento, & ibi mansit post obitum patris sui usque ad præparationem guerræ suæ, quæ mota est & ¹ incepit ad bellum de Duplyn. Et sic finitum est regnum regis Johannis de Balliolo, qui regnavit annis tribus cum dimedio.

EODEM anno, statim post capcionem regis Scociæ, comunitas Scociæ fecit homagium & fidelitatem regi Angliæ; redditis sibi ² castris, & villis firmatis, qui tamen nullos, paucis exceptis, custodes castrorum, ballivos villarum, & ministros officiorum regalium, qui regibus Scociæ ex antiqua consuetudine seu hereditario jure consueverant ministrare, in aliquo permutavit, sed omnes, exceptis custodibus castrorum ³ capitalium burgorum, in statu eodem & officiis, quibus prius ministrabant, ⁴ recepto ab eisdem fidelitatis juramento, stare toleravit, & sic ad propria festinavit.

EODEM anno, non diu post recessum regis Angliæ, magnates Scociæ apud Sconam suum ordinaverunt Parliamentum, ubi XII. pares sive custodes constituti sunt ad tuicionem & defencionem libertatis regni, & comunitatis ejusdem. Et, ut talis ordinacio majoris firmi-

¹ Incepta apud bellum *MS. Harl.* ² Castris, municionibus, & villis *f. MS. Harl.* ³ Capitalium & burgorum *MS. Harl.* ⁴ Receptio *MS.* Receptis *MS. Harl.*

tatis robur optineret, pro mutuis favoribus, consiliis & auxiliis sibi inpendendis futuris temporibus adinvicem sunt jurati. Post hæc instaurant castra, reparant ruinosa, ponunt custodes fideles in locis tucioribus, & præparant se fortiter ad resistendum contra nequissimi regis Angliæ injuriosam usurpacionem. Eodem anno pro humilianda & extenuanda sævissima regis potencia, Johannes Cumyne, comes Buchaniæ, cum grandi exercitu partes boreales Angliæ ferro & flamma¹ destruxit, villam de Carleolo obcessit, sed ab ea negotio infecto recessit.

Nota.

EODEM anno Willelmus Wallace quasi de latibulo caput levavit, & vicecomitem de Lanark,² Anglicum, virum strenuum & potentem, in villa de Lanark interfecit. Ex eo igitur tempore congregati sunt ad eum omnes, qui erant amaro animo, & oppressi pondere servitutis sub intolerabili principatu Anglicanæ dominacionis, & factus est eorum dux. Erat enim miræ fortitudinis & audaciæ, decorus aspectu, & liberalitatis immensæ; & licet apud comites regni & proceres ignobilis putaretur, parentes tamen ejus militari honore fulgebant. Cujus
Fol.41. b. frater senior eciam, miliciæ cingulo succinctus,

1. Destruxit, monasterium de Lanircost & Exhame igne combussit, villam de Carleolo obcessit, & ab eo infecto negotio recessit *MS. Harl.* 2. Nacione Anglicum, *MS. Harl.*

pro statu suo patrimonium sufficiens habuit in terris, quod etiam suis posteris tenendum reliquit. Hic undique Anglicos prosternens, & quotidie proficiens, in brevi tempore omnes magnates Scociæ vi & virtute probitatis suæ, velint nolint, suo subjecit imperio. Et si quis de magnatibus gratis suis non obediret mandatis, hunc tenuit & cohercuit, & custodiæ mancipavit donec suis beneplacitis penitus obtemperaret, & sic pacatis omnibus, viriliter se contulit ad expugnanda castra & villas firmatas, in quibus Anglici principabantur, per omnia patriæ liberacioni & subversioni inimicorum solerter intendebat.

ANNO Domini M. CC. XCVII. fama Willelmi Wallace, undique diffusa, tandem ad aures regis Angliæ, proclamante dampno suis illato, pervenit. Qui, arduis negociis alibi multipliciter intentus, suum thesaurarium, nomine Hugonem de ² Clifflinghame, cum magna potentia, ad reprimendam ipsius Willelmi audaciam, & regnum Scociæ sibi subiciendum, destinavit. Audito ergo hujus viri adventu, prædictus Willelmus, tunc circa obsessorem Anglorum in castro de Dunde existencium occupatus, statim, commissa cura & diligencia obsessionis castri ejusdem villæ burgensibus, sub poena amissionis vitæ & membrorum, cum ex-

1. Intendens MS. Harl. 2. Craflinghame MS. Harl.

Johannis de Fordun

ercitu sub omni festinatione versus Striveling eidem Hugoni obvius processit, & bello commisso apud pontem de Forth juxta Striveling, III. Idus Septembris, idem Hugo de¹ Clifflinghame interfectus est, & cunctus ejus exercitus in fugam conversus, aliis ex ipsis gladiis jugulatis, aliis captis, aliis aquis submersis, sed, cunctis Dei virtute superatis, prædictus Willelmus cum laude non modica felici potitus est victoria. Ex cujus parte de numero nobilium solus Andreas de Moravia, pater² Andreae nobilis, cecidit vulneratus.

EODEM anno Willelmus Wallace à festo Omnium Sanctorum usque ad natale Domini cum suo exercitu in Anglia hyemavit, & combusta tota terra de Allirdale, abductis prædis, cum suis fanus rediit securus. Eodem anno, XIII. Kal Septembris, iterum ejecti sunt omnes Angli de regno Scociæ, tam religiosi & clerici beneficiati quam laici, per eundem Willelmum. Et eodem anno Willelmus de Lambartoune electus est in episcopum Sancti Andreae.

REX Angliæ prædictus, anno Domini M. CC. XCVIII. moleste ferens dampna & angustias sibi & suis per Willelmum Wallace multipliciter illatas, congregato grandi exercitu, partes Scociæ hostiliter intravit, habens secum

1. Cressinghame *MS. Harl.* 2. Nobilis Andreae *MS. Harl.*

in suo comitatu quosdam de nobilibus Scociæ in auxilium. Cui occurrens prædictus Willelmus, cum ceteris magnatibus ipsius regni, commisso gravi bello juxta Variam capellam, XI. Kal. Augusti, non sine gravi dampno tam procerum quam mediocrum gentis Scoticanæ in fugam conversus est. Nam, propter conceptam maliciam, ex fonte invidiæ generatam, quam erga dictum Willelmum Cuminenses habebant, cum suis complicibus campum deserentes, illæsi evaserunt. Cognita ¹ etiam eorum malicia, antedictus Willelmus, se & suos salvare desiderans, per aliam viam fugere festinavit. Sed, proth! dolor, utriusque superbia & ardenti invidia nobilis comunitas Scociæ per montes & colles, valles & planicies mirabiliter jacuit prostrata. Inter quos de numero nobilium Johannes Seuer, cum Brendanis & Macduff de Fyff, & ejusdem incolis, penitus sunt extincti. Comuniter autem dicitur, Robertum de Bruce, qui postea fuit rex Scociæ, sed tunc pro parte stetit regis Angliæ, per suam industriam huic victoriæ causam præstitisse. Cum enim Scoti in suis aciebus persisterent invicti, & nulla vi vel arte poterant penetrari, idem Robertus de Bruyise cum una acie, cui præerat Antonius de ² Bekater, unum montem longi ³ itineris circuiens, ex adverbo post terga in Scotos irruit, & sic illi, qui in parte anteriori impenetrabiles

1. Autem *MS. Harl.* 2. Bek pro Bekater in *MS. Harl.* 3. Sic. stete-

Nota.

steterunt & invicti, à parte posteriori callide sunt superati. Et est notandum, quod nunquam vel raro legitur, ab Anglicis Scotos fuisse superatos, nisi invidia procerum, vel fraude vel deceptione indigenarum, ad aliam partem se transferencium.

POST prædictam ergo victoriam, inimicis concessam per Scotigenarum prodicionem, intelligens supradictus Willelmus Wallace, ex hiis & aliis probabilibus argumentis, prædictorum Cuminienfium & fuorum fautorum manifestam nequiciam, eligens magis subesse cum plebe quam cum ejus ruina, & gravi populi præesse dispendio, non diu post bellum Variæ capellæ apud aquam de Forth, officium custodis & curam quam gerebat sponte resignavit.

EODEM anno Johannes Cumyne, filius, factus est custos Scociæ; qui stetit in eodem officio usque ad tempus, quo idem Johannes venit ad pacem regis Angliæ, anno scilicet proximo post conflictum de Roslyn. Sed infra idem tempus associatus est sibi Johannes de Sowlis per Johannem de Balliolo, tunc à carcere liberatum, & in terris de Balliolo commorantem, qui curam & regimen diu non tenuit. Sed pro eo quod simplex, & minus rigorosus, aliquociens passus repulsam, despectui habebatur, propter quod Scociam relinquens, secessit in Franciam, & mortuus est ibidem.


Fol. 42.b.


1. Cecessit *MS.*

ANNO

A NNO Domini M. CCC. Philipus, rex Franciæ, misit unum clericum, nomine Petrum de Muncy, & unum militem Johannem de Barrose, ad Edwardum regem Angliæ, pro treugis capiendis inter ipsum Edwardum, & comunitatem Scociæ. Ad cujus instanciam, idem rex Angliæ concessit treugas pro regno Scociæ, à festo Omnium Sanctorum anni supradicti, usque ad Pentheosten proximum sequentem, nec illas treugas concedere volebat, ad instanciam regis Franciæ, tamquam aliquo pacto confœderati ad regnum Scociæ, sed tamquam ipsius consanguinei & amici specialis, & amicabile compositoris utriusque partis. Et hoc prædictos nuncios ante concessionem treugarum fateri compellebat.

E ODEM anno Johannes de Soulis, alter custodum Scociæ, non facta mentione alterius custodis, cum consilio prælatorum, comitum, baronum & ceterorum nobilium comunitatis regni Scociæ, Dominum Willelmum archidiaconum Laudoniæ, & magistros Baldredum Biset & Willelmum Eglisshame, procuratores & nuncios speciales, ad Bonifacium octavum, tunc summum pontificem, destinavit, ad insinuandum & exponendum eidem varia & multiplicia incommoda, regno Scociæ per dictum regem Angliæ hostiliter illata. Et ad impetran-

petrandum, contra illius molestias & gravamina, remedia oportuna, prout in commissione ipsorum nunciorum plenius continetur. Cujus copia, cum processu ipsius Baldredi contra regem Angliæ, in quodam libello, scripto per Alanum de Monrose, habetur cum multis literis ad eandem litem pertinentibus. ¶ 

¶ Ab hinc retrograditur ad incipitum tercii quaterni ante istum quaternum, ubi sic habetur in principio 1 folio, *Generosæ probitatis Scotorum progenies*, & ibi videbis residuum hujus materiæ, sub tali signo. 

IDEM rex Angliæ citatus per Papam anno Domini m. ccc. primo, misit duas evidencias eidem summo pontifici patentes, ad informandum & ferenandum ipsius conscienciam super jure, quod sibi ab antiquis temporibus in regno Scociæ testatus est competere. Sed omnibus suis rationibus idem Baldredus luculento fermone breviter respondit, ipsas omniveritate fore nudatas, probabilibus argumentis & præclaris evidenciis manifeste 2 demonstratis, ut in suo patet processu.

EODEM anno 3 municipium, scilicet Pele de Lithqu, per regem Angliæ constructum est.

Sexto Kal. Augusti, anno Domini m. ccc. ii. habitus est congressus magnus & manifestus inter Scotos & Anglicos apud Rosline, ubi

1. L. folii. 2. Comprobavit pro demonstratis in MS. Harl.
3. Municipium de Lin Litgw, quod Anglice Pele vocatur, per MS. Harl.

Anglici sunt ¹ devicti, licet cum magna difficultate. Nam à principio primæ guerræ, inter Scotos & Anglicos motæ, tam strenuus fuisse non recitatur conflictus, in quo sic claruit ² strenuitas potenciæ militaris. Cujus conflictus dux & rector fuit ³ Johannes Cumyne filius. Hujus autem conflictus talis causa & modus extiterat. Post bellum, commissum apud Variam Capellam, rex Angliæ citra aquam de Forth personaliter non venit pro tunc, sed misit potenciam satis magnam, quæ totam terram de Fyff, cum omnibus terris prope jacentibus villæ de Perth, interfectis pluribus ipsarum terrarum habitatoribus, deprædavit. Qua reversa cum prædis innumeris idem rex cum suo exercitu ad propria remeavit. Quod Deo procurante factum esse non ambigitur. Nam si tunc, vel post bellum de Dunbar, & capcionem regis Johannis, moram pertraxisset, totam terram Scociæ cum habitatoribus aut suo subjugasset imperio, aut eam præter aquas & lapides vastatam reddidisset. Sed pietas Dei, qui solus post vulnera curat & medetur, ita actus & tempora ipsius regis moderavit, ut turbatus erga ⁴ proelia, & diversis guerris intentus, circa hujus regni subjectionem, ceteris curis postpositis, non potuit indulgere. Redeunte igitur cum suis illo rege An-

1. Ducti *MS.* 2. Strenuitas Scotorum potenciæ *MS. Harl.*
 3. Johannis *MS.* 4. Plurima *pro* proelia in *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

glia, ¹ sed statutis ministris vicecomitatum, & custodibus castrorum, ultra aquam de Forth, quæ plenarie & integre suo tunc subjacebant imperio, exceptis paucis exulibus, vel etiam prædonibus, de natione Scotorum, in silvis latitantibus, ² qui, propter sua facinora, juri parere non poterant, Johannes Cumyn, custos tunc Scociæ, & Simon ³ Frazer omni probitate, cum suis sequacibus antedicti regis ministris & ballivis, die nocteque pro suis viribus satis molesti fuerunt, & importuni Anglicos & Scotos Anglicos, à tempore recessus prædicti regis, per quatuor annos & ultra, per mutuas cædes & flagella, secundum varios guerrarum eventus, multipliciter affligentes.

QUOD cum nunciatum fuisset regi prædicto, quemdam virum nobilem Radulfum ⁴ Confrey, thesaurarium suum, armis strenuum, consilio & sapientia peritum, cum certa summa electorum equitum, optime armatorum, ut molestatores & suæ pacis perturbatores etiam in locis strictissimis perquirentes, supremo non ⁵ desisterent punire supplicio; intrantes igitur Scociam, circuierunt terram, & perambulaverunt eam, & apud Rosline per tres acies

1. Sed prius statutis *MS. Harl.* 2. Qui, propter cædes & dampna, Anglis & Anglicis illata, aperte apparere non poterant, *MS. Harl.* 3. Frazer bellicosus, omni bonitate præditus, cum eorum sequacibus antedicti *MS. Harl.* 4. Confrey *MS. Harl.* 5. Desisterant *MS.* Desisteret *MS. Harl.*

divisi sua separatim fixere tentoria, propter
 artam & angustam hospitandi inopiam. Cognito
¹ autem eorum adventu, antedicti Johannes
 Cumyn & Simon, cum eorum fautoribus, præ-
 venire quam præveniri magis desiderantes, de
 Bigare usque Rosline, sub unius noctis spacio, Fol. 43. b.
 alacriter percurrentes, cum viris electis, qui
 mori prius quam nationi Anglicanæ subici in-
 digne potius ² elegerunt, in hostes intrepidi ir-
 ruerunt repente. Sed paulo ante per vigiles
 excitati assumptis armis omnes primæ aciei ir-
 ruentibus viriliter hostibus restiterunt. Tandem
 tamen illis superatis, captis partim & partim
 occisis, partim etiam ad alias acies fugientibus,
 confestim Scotis spolia dividantibus, apparuit
 acies alia ad bella parata; qua visa, ³ iterum
 Scoti, captivis occisis, ⁴ & occisorum spoliis
 clientulis armatis, remotis equis invalidis, &
 forcioribus assumptis, intrepidi ad pugnam pro-
 perarunt; quibus, licet difficulter, tandem su-
 peratis, cum totum se Scoti fecisse credidissent,
 apparuit tertia acies, prioribus potencior &
 armis elegancior, ex cujus visione Scoti ⁵ stupe-
 facti, & tum, pro fatigacione ⁶ itineris, vigili-
 arum, & cibi destitutus, multipliciter lassati,
 tum pro continuis pugnandi laboribus vehe-
 menter afflicti, tædere cœperunt, & ultra quam

1. Namque *MS. Harl.* 2. Eligerunt *MS.* 3. Iterum *MS.* 4. Et
 de occisorum *MS. Harl.* 5. Stupifacti *MS.* 6. Itineris & vigilia-
 rum, necnon cibi defectu, multipliciter *MS. Harl.*

credi potest animo pavere. Inter has perplexitates ¹ populum constitutum, antedicti Johannes & Symon, animis imperterriti, simul cum armis officium suscipiunt prædicatorum, eisdem verbis consolantes, promissis exillarantes, necnon & libertatis generositate, subjectionis vilitatem, & antecessorum suorum indefessos labores, pro patriæ liberatione voluntarie assumptos, ad memoriam reducentes, monitis salubribus ad pugnam animabant. Hiis & aliis hujusmodi vehementer confortati, deposita omni vecordia, resumtis viribus, & captivis occisis, ex eorum equis & armis quasi denuo renovati, cum suis clientulis iterum armatis, spem suam in Domino ponentes, ad pugnam ferocissimi & alacres processerunt, quorum congressus tam ingens erat & ferox, ut ² multi perforati vita privarentur, nonnulli etiam, (utriusque exercitus post dira lancearum vulnera, sæva flagella, & clavarum ictus ³ durissimos,) numero centeni quadrageni, & viceni, alternis vicibus, pro lassitudine confusi pugnae ⁴ diurnæ, ad montes, vel alia apta loca, de acie se retraherent, & ventis oppositi, & galeis reversis ex aëre refrigerati, remotis equis vulneratis, & aliis recentibus ascensis, contra inimicorum insultus redderentur forciores, scilicet post varia

1. *F.* populo constituto. 2. Multi armis perforatis vita *MS. Harl.* 3. *Potius*, durissimos, cum *MS. Harl.* 4. *Rectius*, diuturnæ, cum *MS. Harl.*

cruciamina, & diros conflictus, non vi humana sed virtute divina subjectis hostibus, Scoti, qui, respectu partis adversæ, numero erant paucissimi, velut si pugillus frumenti vel farinæ multitudini arenæ maris cœquaretur, felici & jo- Fol. 44. 2. cunda potiti sunt victoria.

REX Angliæ, cum potencia magna nimis, anno Domini M. CCC. III. tam per mare quam per terram, in præmissarum molestiarum vindictam, Scociam intravit, cum deliberato consilio ad eam tunc cum suis habitatoribus plenarie & finaliter subjugandum, vel, ipsius incolis penitus deletis, terram ipsam in extremam & irrecuperabilem ad redigendam vastitatem. Peragratis igitur tam montanis quam planis, tam ultra montes quam citra in propria persona ad Lochindorb pervenit, &, ibidem aliquamdiu moram faciens, partes boreales ad pacem¹ cepit, qui in castris & villis firmatis universis sibi redditus suos ordinavit ministros. Et inde pedetentim rediens, universas communitates ad pacem capiens, simul cum mancipiis & castellis,² per quas lustrabant, nullo resistente vel vim inferente, post multos circuitus terrarum ad Dunfermlyne pervenit, ubi per longum tempus moram trahens, ibidem hymavit usque ad festum purificationis beatæ Ma-

1. Receptit *MS. Harl.* 2. Per terras, quas lustravit, nullo *MS. Harl.*

riæ virginis. Eodem anno Edwardus de ¹ Carnarvan, filius suus & heres, princeps Walliæ, in ² villa de Perth moram pertraxit, ubi per totum tempus prædictum tanta copia erat victualium, quod lagena vini boni mensuræ Scoticanæ pro IIIId. venderetur.

EODEM anno, postquam comunitas Scociæ tota ad pacem regis Angliæ est recepta, Johannes Cumyne tunc custos, & omnes magnates, præter Willelmum ³ Wallace, successive & paulatim ad pacem ipsius venerunt, redditis sibi castris & villis suis universis, præter castrum de Striveling, cum custode ipsius. Eodem anno idem rex apud Sanctum Andream quadragesimavit, ubi convocatis omnibus regni majoribus suum tenuit Parliamentum, & pro statu regni, sibi & suis successoribus, ut credebat, imperpetuum acquisiti & adepti, simul & de ipsius incolis, ut voluit, ordinavit.

STATIM post Pascha, scilicet anno Domini M.CCC.III. idem rex per tres menses continuos castrum de Striveling ⁴ obsessit, ad cujus ⁵ obsessionem totum plumbum refectorii Sancti Andree deponi mandavit, & ad eundem locum, ad opus suarum machinarum, fecit deportari. Tandem sibi castrum prædictum sub certa con-

1. Carnarvan *MS.* 2. Villam *MS.* 3. Wallace & suos sequaces, successive *MS. Harl.* 4. Obcessit *MS.* 5. Obcessionem *MS.*

dicione, in scriptis redacta, & suo sigillo confirmata, sibi redditur & liberatur. Sed ipse rex, optento castro, fide mentitur, condicione violata, ¹ Willelmum Olifante, custodem ipsius, vinctum Londoniis carceri mancipavit, & per multa tempora tenuit mancipatum. Eodem anno, receptis ad pacem tam majoribus quam minoribus regni Scociæ, excepto Willelmo Wallace solo, redditis castris, & villis firmatis universis reædificatis prius disruptis & destructis, suisque custodibus ibidem constitutis, post juramenta fidelitatis & homagia præstita ab omnibus & singulis Scoticanæ nationis, reversus est idem rex, cum principe Walliæ, & universo Fol. 44.b. exercitu suo, in ² Angliam, relicto tamen principali custode, suum locum tenente, ad reformandos & corrigendos excessus ceterorum omnium, tam Scotorum quam Anglicorum, & post hæc in Scocia non comparuit.

Inicium Roberti de Bruce.

POST recessum regis Angliæ, principante Anglicana natione universis partibus regni Scociæ, atque Scotos multifariis multisque modis, injuriis, flagellis & cædibus sub ³ diro jugo servitutis crudeliter affigente, misericors Deus, Scotorum miseriis, continuis clamoribus compassus & doloribus, solito more paternæ pie-

1. Willelmum de Oliferd, *MS. Harl.* 2. Anglia *MS.* 3. Dixæ *MS. Harl.*

tatis fuscitavit eis salvatorem & propugnato-
rem, unum scilicet de suis confratribus, Rober-
tum de Bruyise nomine, qui, eos in lacu mise-
riæ prostratos, & omni spe salutis & auxilio de-
stitutos, videns, dolore cordis contactus, intrin-
secus, tamquam alter Machabæus, manum mit-
tens ad forcias, pro fratribus liberandis, innu-
meros & importabiles diei æstus, & frigoris, &
famis, in terra & in mari, subiit labores, non
inimicorum tantum, sed eciam falsorum fra-
trum insidias, & tædia, inedias, & pericula læ-
tanter ¹ amplectendo.

SIC una dierum, ut, quod pro reipublicæ
commodo læto suscepit animo, efficaciter
opere compleret, ad quemdam nobilem, no-
mine Johannem Cumyne, ² & potencia tunc
regni majorem, indigne patriæ subjectionem,
crudellem & indefinentem populi vexacionem,
atque suæ piæ mentis conceptum circa ipsius
relevacionem, fideliter exponens, humiliter ac-
cessit. Et quamvis de jure, & secundum leges
& consuetudines patriæ, honor & successio re-
giæ dignitatis & regni regiminis ad ipsum præ-
ceteris noscitur pertinere, utilitatem tamen
comunem præferens privatæ, eidem Johanni,
ut unum de duobus eligeret, pura & sincera

1. Amplectendo *MS.* 2. In armis, genere, & potencia tunc
regni opimiozem, indigne *MS. Harl.*

optulit voluntate, aut regnare, ¹ & regnum cum suis pertinenciis ex toto & regiis honoribus sibi imperpetuum assumere, concessis eidem Roberto suis terris & possessionibus universis; aut terras ipsius Roberti & possessiones universas sibi Johanni & suis jure perpetuo possidere, relicto ipsi Roberto regno & regis honore, ut sic, per eorum mutua consilia pariter & auxilia, de domo servitutis, & indignæ ² subjectionis materia, fieret deliberacio Scoticæ nacionis, & inter eos indissolubilis amiciciæ & ³ pacis foedera permanerent. ⁴ Cumque vero altrum prædictorum ipsi Johanni summe placuisset, & super hoc convencio hinc inde facta ac fide media, interpositis juramentis, per suas indenturas, cum appositione sigillorum eorundem, fuisset corroborata, idem Johannes, fide violata, & juramenti religione neglecta, eundem Robertum apud regem Angliæ per suos internuncios, & ⁵ privatas litteras, ipsius Roberti secreta nequiter revelando, sæpius accusavit. Et quamvis super hoc idem Robertus per prædictum regem pluries fuerat examinatus, ⁶ vel ostensis sibi litteris sui adversarii ipsum accusantis, tale semper, Deo inspirante, reddidit responsum, ut regis insaniam jocunda loquela & verbis peritis

Fol. 45. a.

1. Aut regni regnum ex toto & suis pertinenciis, & regiis honoribus *MS. Harl.* 2. Subjectionis, matura fieret liberacio *MS. Harl.* 3. Perpetuæ *addit MS. Harl.* 4. Cumque alterum *MS. Harl.* 5. Privatos *MS.* 6. Vel *abest MS. Harl.*

crebrius mittigaret; tum apud eundem regem, qui multum versutus fuit simul & hastutus, & fictam amiciciam ¹ continue noverat simulare, plurimum tamen, propter accusaciones ipsius Johannis, tum quia verus heres esset regni Scotiae, suspectus habebatur, & ideo in curia sua jussus est continue residere, propter causas suspicionis praedictae. Mortem enim sibi, vel saltem carcerem, hac potissimum ratione distulit inferre, donec ceteros ipsius Roberti fratres, una die congregatos, simul cum eo supremo puniret judicio.

CREBRESCENTE dicti Johannis accusacione, tandem una nocte cum merum splenderet in calice, ² & cubitum properaret, cum idem rex, cum ejus secretariis, de morte ipsius Roberti anxius pertractaret, & quod in die castino eum vita privaret, breviter diffinit. Quod cum comes Gloverniæ, ipsius Roberti verus amicus & in suprema necessitate probatus, audisset, fidem cum suo garderopario eadem nocte XII. denarios, & unum par calcarium, praedicto Roberto misit festinanter. Garderoparius vero, Domini sui jussa perspicuens, eidem Roberto ex parte Domini sui praedicta praesentavit, atque subjunxit dicens: *Hæc man-*

1. Optime *pro* continue in *MS. Harl.* 2. Et cubatum rex Angliæ cum suis secrecioribus cubiculariis properaret, de morte ipsius R. a. pertractavit, *MS. Harl.*

*dat vobis Dominus meus, reddens, ¹ quod ² hysterna die ex mutuo à vobis accepit; qui per oblata pignora ³ eminentis mortis periculum intelligens, prudenter datis garderopario denariis, eum ad comitem cum resalutatione & gratiarum actione protenus remisit, &, instante ejusdem noctis crepusculo, præcipiens servis suis in publico, ut sibi apud cum suis phaleris ad vesperam diei sequentis occurrerent: confestim sine mora versus Scociam properavit, nocte ac die non cessans à labore, donec à prædicti regis malicia redderetur securus, ipso ducente de quo scriptum: *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium, contra Dominum, qui novit pios de temptatione eripere, & in se sperantes à periculis misericorditer liberare.**

CUM QUE idem Robertus marchiarum confinibus appropinquaret, ⁴ quemdam sibi nuncium obvium habebat, quem inspiciens à longe, quam in cessu quam in habitu ipsum fore Scotum suspicatus est. Accedens autem propius, interrogavit, quo pergeret & unde veniret? Et cum multiplicaret excusaciones in peccatis, ex præcepto ipsius Roberti, sui clientuli Fol. 45. b. secreta occurrentis nuncii rimantur, litteræ in itæ convencionis inter ipsum & Johannem Cu-

1. Quæ MS. Harl. 2. Sic. 3. Imminentis MS. Harl. 4. Quemdam sibi obvium pedestrem habebat, quem aspiciens à longe, tan in cessu quam habitu MS. Harl.

myne figillo suo signatæ, & per eundem nuncium regi Angliæ directæ, protinus inveniuntur & tolluntur, caput nuncii præciditur, & Deus pro direccione prosperi itinervis plurimum colaudatur.

ANNO Domini M. CCC. V. Willelmus Wallace per Johannem de Menteth fraudulenter & prodicionaliter capitur, regi Angliæ traditur, Londoniis demembratur, & ejus membra per diversa loca Angliæ & Scociæ, in obprobrium Scotorum, turribus suspenduntur.

EODEM anno, postquam dictus Robertus à rege Angliæ non minus miraculose, quam graciose, reversus est ad propria, inter ipsum & præfatum Johannem apud Dunfresfe conveniendi in unum dies constituitur, utraque pars prænominatum locum aggreditur, Johannes Cumyne super prodicione & fide mentita impetitur, sed mox *mentiris* respondetur, maledicenti in ecclesia fratrum lætale vulnus² infligitur, & vulneratus à fratribus retro altare reponitur, à circumstantibus, *si vivere possit*, interrogatur, ab ipso *possum* protinus respondetur, ab audientibus hoc adversariis¹ secundum vulnus imponitur, & sic III. Idus Februarii ab hac luce subtrahitur.

1. Iteneris MS. 2. Infligitur MS. Harl.

IDEM Robertus de Bruyise, assumptis fecum quotquot habere potuit, paucis evolutis diebus post mortem dicti Johannis ad Sconam properavit, & in sede positus regali, modo quo reges Scociæ solebant insigniri, VI. Kal. Aprilis anno Domini M.CCC.VI. ibidem coronatus est, rem grandem incipiens, & onera importabilia propriis humeris imponens. Nam contra regem Angliæ & omnes ejus complices non solum manus erexit, sed etiam contra omnes & singulos de regno Scociæ, exceptis paucissimis sibi benevolis, (qui, respectu multitudinis partis adversæ, erant quasi gutta aquæ fluctibus maris, vel unicum granum cujuscumque feminis numerositati arenæ comparata,) se dedit ad certandum. Cujus etiam infortunia, fugas & pericula, ærumpnas & tædia, famem & sitim, vigiliis & jejunia, nuditates, frigora, infidias & exilia, propinquorum & magis carorum captiones, incarcerationes, occisiones & excidia, quibus in principio guerræ suæ victus fugatus succubuit ubique, nullus, ut opinor, modo vivens recolit vel sufficit enarrare. Talibus enim innumerabilibus continue fatigatus incommodis & periculis quodam die suis militibus dixisse fertur: Fol.46. a.

Ni me Scotorum libertas³ prisca moveret,

Versus.

Hæc mala non paterer orbis ob imperium.

1. Nuditates & frigora MS. Harl. 2. Victusque fugatus MS. Harl.
3. Presca MS.

Insuper, inter tot adversa, & innumerabiles angustias, quas læto animo pertulit & invicto, si quis suos particulares conflictus, & singulares triumphos, victorias & duella, quibus, Domino opitulante, propriis viribus, & humana virtute, hostium cuneos penetrabat securus, hos potenter nunc prosterbens, & potenter nunc declinans poenam mortis evadendo, noverit recitare, probabit, ut arbitror, quod infra mundi climata, in suis temporibus, in arte pugnandi, & corporis vigore, nullos similes habebat. Ideo

*Versus. Dic tres Robertos
armis mundi meliores,
Scotum, Cicilicum reges,
comitem Morianum.*

¹ enim ejus gesta particularia scribere postpono, tum quia non paucas membranas occuparent, tum quia licet indubitanter sint vera, locus tamen & tempus, quibus fiebant & perpetrata fuerunt, istis diebus paucis ² innotescunt. Ejus tamen bella famosa, & gesta publica, per annos, quibus accidebant, subscripta patebunt.

EODEM anno rex Robertus, xix. die mensis Junii, victus est apud Methfen, & in fugam conversus per Odomarum de Valencia, tunc

1. *Deest enim in MS. Harl.* 2. *Innotescunt.* Tum etiam quia magister Johannes Barberne, archidiaconus Abirdonensis, in lingua nostra materna diserte & luculenter satis ipsa particularia gesta ejus, necnon multum eleganter, peroravit, & ideo nugatorium censerem hujusmodi sua gesta presentibus apicibus commendare. Ejus tamen bella famosiora, & gesta nociora, per *MS. Harl.*

custodem Scociæ ex parte regis Angliæ, & in villa de Perth, tunc bene murata, moram ¹ facientem cum magna potencia tam Anglorum quam Scotorum, ad fidem & pacem regis Angliæ ² existentium. In quo conflictu licet prædictus rex multos de suis non perdidit, tamen propter mala principia, quæ frequenter ³ infelici fine peraguntur, sui cœperunt tædiis aggravari, & pars victrix de sua victoria multum confortari. Unde omnes uxores eorum, qui regem sunt secuti, voce præconis, ut maritos sequantur, jubentur proscribi; propter quod multæ mulieres, tam solutæ quam conjugatæ, sub filvis latitantes, cum suis regi adhæserunt, & in præsidio cum eodem morabantur.

CUM idem rex, eodem anno, in finibus Atholiæ & Ergadiæ, hostes fugiendo cum suis ⁴ latitaret, III. Idus Augusti, apud locum quemdam, qui vocatur Dalry, iterum victus est, & in fugam conversus. Sed nec ibi plures perdidit de suis. nichilominus tamen timor omnes invasit, & universi abinvicem sunt separati, & per varia loca dispersi. Regina vero ad Sanctum Duthacum in Rosse confugit, ubi per Willelmum comitem de Rosse capta, ad regem Angliæ est ducta, & in Anglia usque ad bellum de ⁵ Bannok in arta custodia detenta captiva.

1. Faciente *MS.* 2. Existentes *MS.* 3. Infelici *MS.* 4. Latitare *MS.* 5. Bannokburne *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

Fol.46. b, Nigellus vero de Bruise, unus de fratribus ejusdem regis, cum ¹ pluribus dominabus & domicellis ad castrum de Kindromy confugiens, cum sua comitiva receptus est. Sed eodem anno Anglicis per prodicionem idem castrum traditur, & idem Nigellus cum aliis nobilibus utriusque sexus captivi ducuntur apud Berwicum, & capite plectuntur. Thomas & Alexander de Bruyse, fratres prædicti regis, per aliam viam versus Carrik properantes, eodem anno apud Lochrian capiuntur, & apud Karleolum decapitati sunt, & sic omnes, qui à rege recesserunt, eodem anno aut vita privantur, aut capti carceribus mancipantur.

REGEM vero prædictum soli comes de Levinax & Gilbertus de Haye, de numero nobilium, secuti sunt, & in omni tribulacione sibi comites individui facti sunt. Et licet aliquando, cogente hostium persecucione, ab ejus præfencia fuerunt divisi, ab ejus tamen fide & dilectione nuncquam recesserunt. Contigit autem cito post hæc, prædictum regem à suis separari, & infinitas miserias pati, & innumeris periculis conquassari, quandoque tribus quandoque duobus ² adjunctis, plerumque solus omni ³ auxilio remansit destitutus, nunc integram quindenam absque ciborum alimonia quacum-

1. Pluribus valentibus viris, dominabus eciam & domicellis, MS. Harl. 2. Adjunctus MS. Harl. 3. Humano addit MS. Harl. que

que, præter herbas crudas & ¹ aquas, tranſegit, nunc attritis calciamentis vetuſtate nudis pedibus inceſſit, nunc ſolus in inſulis relictus, nunc ſolus ab hoſtibus fugatus, nunc à ſervis deſpectus, in omni deſolacione permanſit, à notis ² ejectus deſeritur, ab Anglicis, quaſi res perdita vel furto ſubtracta, per eccleſias inquirei jubetur. Et ſic in omnibus, tam propinquis quam remotis, factus eſt in ſibillum, fabulam & deriſum. Cumque hæc fere per annum ſolus pateretur, tandem, Domino miſerante, per auxilium & potenciam Chriſtianæ de inſulis cujuſdam nobilis feminæ, & ſibi benevolæ, adjutus, poſt multos & varios circuitus, & infinitos labores, dolores & preſſuras, rediit ad comitatum de

³ *Scotica ſit guerra* ⁴ *peditis, mons, moſſica terra.*
Silvæ pro muris ſint, ⁵ *hauſta & aſta, ſecuris.*
Per loca ſtriſta greges ⁶ *numerentur, plana per ignes*
Sic inflammentur, ut ab hoſtibus evacuentur.
⁷ *Inſidias vigiles ſint nocte vociferantes,*
Sic male ⁸ *turbate rediunt, velut enſe fugati*
Hoſtes pro certo, ⁹ *Rege docente Roberto.*

1. Aquam *MS. Harl.* 2. Dejectus *MS. Harl.* 3. Carmina hæc, à manu antiqua, recentiori tamen quam illa à qua ſcriptus ſit textus, exarata, ad imum pagine in Codice noſtro ponuntur. Deſt quidem verſio Scoticana in *MS. Harl.* in quo tamen carmina ipſa Latina in textu inferuntur, additis à Bowero aliquamultis de Roberti prudentia, à nobis, cum aliis quamplurimis, ut in Prefatione docuimus, prætermiſis. 4. Pedites *MS. Harl.* 5. Archus & haſta *MS. Harl.* 6. Minentur *MS. Harl.* 7. Inſidiæ vigiles ſic noctu *MS. Harl.* 8. Turbati redient fanus enſe *MS. Harl.* 9. Rege ſic docente Roberto *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

Carrik; quo cum pervenit, statim unum de castris suis ¹ quæsit, habitatores interfecit, castrum destruxit, & arma ac alia spolia inter suos divisit. Talibus ergo principiis post diuturna infortunia multum exhilaratus, ² suosque longe lateque dispersos coadunavit, & cum congregatis montes pertransiens, usque Innernesse pervenit, castrum ejusdem in manu forti cepit, & ipsum occisis custodibus ad terram prostravit. Simili modo per omnia fecit de ceteris castris & fortaliciis, in aquilonaribus partibus constitutis, cum suis habitatoribus, donec usque le Slenach cum suo exercitu perveniret.

On fut fuld be all Scottis weire,
 We hyl and molle pain self to weire.
 Wat wod for wallis be bow and speire,
 That Jnymeis do pain na deire.
 In strait placis gare keip all stoire,
 And byrnen ye planen land pain before.
 Thanen sall pai pase away in haist,
 Quhen that pai find nathing but waitt,
 Wat wyllis and waykynen of the nyght,
 And mekill noyis maid vn hyght.
 Thanen sall pai turnen wt gret affrai,
 As pai ware challit wt suerd away.
 This is ye consall and Intent
 Off gud king Roberts testament.

1. Conquæsit *MS. Harl.* 2. Suos longe *MS. Harl.*

JOHANNES Cumyne, comes de Buchane, Fol.47. a.
anno Domini M. CCC. VII. cum multis nobilibus, tam Anglicis quam Scotis, audientes, quod rex Scociæ Robertus cum suo exercitu esset apud Slenach, processerunt obviam ei parati ad proelium. Sed cum viderunt regem ex adverso cum suis¹ paratum, ad pugnam procedere destiterunt. Sicque die natalis Domini pudore victi & confusi redierunt, treugas postulabant, & rex clementer concessit, & post treugas concessas ibidem diebus octo intrepidus permansit, ubi magnam incurrebat infirmitatem, ita quod ferebatur in grabato, quocumque eum contingeret remove.

EODEM anno obiit rex Angliæ Edwardus primus Nonas Aprilis in Burgo² zabuli. Hic in principio miliciæ suæ bella movens, Anglicos diris flagellis verberavit, & suis nequiciis totum orbem perturbavit, & crudelitate commovit, passagium terræ sanctæ suo dolo impedivit, Walliam invasit, & Scotos cum regno sibi fraudulenter subegit, Johannem de Balliolo ipsius regem cum suo filio carceri mancipavit, ecclesias stravit, prælatos vinculavit, & carcerali squalore quosdam extinxit, populum occidit, & alia infinita mala perpetravit. Huic successit filius ipsius Edwardus secundus, qui desponsavit Elizabeth, filiam Philippi regis Franciæ.

1. Paratus MS. 2. Sic.

ITERUM congregati sunt Johannes Cumyne comes de Buchane & Philippus de Mubra cum Scotis & Anglicis quampluribus apud In-nervry, anno Domini M.CCC. VIII. quod ut rex Robertus audivit, gravi adhuc infirmitate detentus, de grabato, quo semper portabatur, surrexit, & suis, ut se armarent ac equo ¹ ut imponerent, imperavit. Quod cum factum esset, & ipse cum suo exercitu, licet, præ infirmitatis magnitudine, nisi duorum suffultus auxilio, ² erectus non poterat incedere, adversus inimicos alacri vultu ad locum certaminis properavit. Cumque pars adversa vidisset eum cum suis paratum ad proelium, ex sola visione perterriti omnes in fugam conversi sunt, & usque Fivy per XII. leucas fugati. Finita autem fuga, & hostibus prostratis & dispersis, comitatum de Buchane igne consumpsit, ³ de populo quos voluit occidit, & quos vivere voluit vitam & pacem concessit. Et sicut à principio suæ guerræ usque ad diem præsentis conflictus in omni eventu belli infelicissimus fuit, sic postea in suis proeliis nullus fortunacior potuit inveniri. A die autem illo factus est rex proficiens, & semper seipso robustior, pars autem adversa quotidie decrefcebat.

1. Ut eum imponerent *MS. Harl.* 2. Equo erectus non poterat incedere, adversus tamen inimicos alacri vultu ad locum usque certaminis *MS. Harl.* 3. De inimicis quos *MS. Harl.*

EODEM anno, in festo Sanctorum Petri & Pauli, Donaldus de Ilis, congregata pompa multitudinem peditum, usque flumen de Dee accessit. Cui occurrens Edwardus de Bruyise, prope flumen de Dee ipsum Donaldum & omnes Galwidienses devicit, & in conflictu quemdam militem, nomine Rolandum, cum multis nobilibus Galwidiaë, interfecit, ac dictum Donaldum, ducem eorum, fugientem comprehendit, & post hæc insulam combussit. Fol. 47. b.

EODEM anno, infra Octavas Assumptionis beatæ Mariæ virginis, idem rex Argadienses devicit in medio Argadiaë, & totam terram sibi subegit, ducem eorum, nomine Alexandrum, de Argadia fugientem ad castrum de Dunscaphin, per aliquod tempus inibi obsedit, qui eidem regi castrum reddidit, sed sibi homagium facere recusans, dato salvo conductu sibi & omnibus secum recedere volentibus, in Angliam fugit, & ibidem debitum naturæ persolvit.

TANTA fames erat & caristia victualium anno Domini M.CCC.X. in regno Scotiaë, quod in plerisque locis, compellente famis necessitate, multi carnibus equorum, ac aliorum pecorum immundorum, vescabantur.

ANNO Domini M. CCC. XI. Rex Robertus prædictus, hostibus omni loco, quo venerat, in fugam conversis, atque captis munitionibus, & ad terram prostratis, bis Angliam intravit, ipsam devastando, prædas innumeras abducendo, & ingentem stragem igne & ferro¹ faciendo; atque, Dei virtute, gens Anglorum perfida, quæ multos injuste cruciaverat, jam justo Dei judicio diris subicitur flagellis, &, quæ victrix extiterat, jam victa gemens succumbit.

OCTAVO die mensis Januarii, anno Domini M. CCC. XII. capta est villa de Perth per eundem regem Robertum in manu forti, & perfida gens tam Scociæ quam Angliæ capitur, trahitur, & gladio necatur, & sic perdita potavit de felle quod ante paravit. Regis clemencia plebi pepercit & veniam petenti concessit, muros cum fossis destruxit, & cetera igne consumpsit. Eodem anno castra de Buthe, de Dunfreife, & de Dalwynton, cum multis alijs fortaliciis,² in manu forti capiuntur, & ad terram prosternuntur. Eodem anno villa Dunelmensis per Scotos pro magna parte comburitur, Petrus de Gavirstone à comite Lancastriæ occiditur, Edwardus primogenitus regis Angliæ apud Wyndiffore nascitur.

1. Faciendo; sicque, Dei virtute, *MS. Harl.* 2. In *omissis MS. Harl.*

CASTRUM de Roxburgh nocte carnisprini vii, anno Domini M. CCC. XIII. per Dominum Jacobum de Dowglace, & castrum de Edinburghe XIII. die mensis Marcii per Dominum Thomam Ranulphi, comitem Moraviæ, subactis Fol. 48 hostibus, feliciter capiuntur. Eodem anno rex insulam intravit Manniæ, ejus¹ castrum capiens, & terram suæ dicioni subiciens victorioso.

REX Angliæ Edwardus II^{us}. audiens illustres actus regis Roberti, vidensque innumera dampna, & mala infinita, sibi & suis per eundem regem illata, in vindictam præmissorum congregavit exercitum copiosum valde tam equitum bene armatorum quam peditum,² balistariorum³ & sagittariorum, in arte pugnandi satis peritorum; quorum caterva circumvallatus, & gloria humanæ potentiæ confusus, Scociam hostiliter intravit, & ipsam circumquaque devastans usque Bannokburne pervenit. Cui rex Robertus cum paucis occurrens, non in multitudine populi sed in Domino Deo spem ponens, cum antedicto rege Angliæ bellum commisit, & ipsum cum suis, auxiliante ipso cujus est victoriam dare, in fugam convertit, in die natalis beati Johannis Baptistæ anno Domini M. CCC. XIII. ubi comes Gloverniæ &

1. Castra *MS. Harl.* 2. Balisteriorum *MS.* 3. Quam *pro & in MS. Harl.*

Johannis de Fordun

alii nobiles quamplures sunt interfecti, quamplures aquis dimerfi & foveis ¹ trucidati, quamplures diverfi status sub diverfo mortis genere extincti, multi eciam & quamplures nobiles capti, quorum redempcione non solum regina & alii captivi de Scocia à carceribus sunt liberati, sed eciam ipsi Scoti omnes & singuli vehementer ditati. Inter quos eciam ² captus fuit Johannes de Britannia, pro quo reddita est regina, & Robertus episcopus ³ Glasgwnsis. Ab illo enim die & deinceps tota terra Scociæ semper de Anglis non solum ubique gaudebat victoria, sed eciam infinitis habundabat diviciis.

EDWARDUS de Bruyise, frater regis Roberti, intravit Hiberniam in manu potenti anno &c. xv. & ibidem constitutus rex, totam Ultoniam destruxit, & innumera exercuit homicidia, quod factum post modicum tempus in prosperum non cessit. Et anno Domini &c. xvi. Rex Robertus adivit Hiberniam usque ad australes partes ejusdem, fratri suo succursum & auxilium impensurus. Sed in eodem itinere multi fame perierunt, & reliqui carnibus equorum usi sunt. Rex vero statim est reversus, fratre suo ibidem relicto. Et anno Domini &c.

1. Suffocati *MS. Harl.* 2. Captus fuit ille gazealeticus Johannes de Britannia, qui tandem pro sua redempcione optulit libras non modicas & ingentes opes; pro quo facta est hujusmodi commutacio, quod pro eo libere reddita est regina cum venerando sene episcopo Glasguensi. *MS. Harl.* 3. *Sic.*

XVII. Cardinales spoliati sunt in Anglia per Robertum de Middiltonne, qui cito post capitur, & Londoniis equis trahitur.

THOMAS Ranulphi, comes Moraviæ, anno &c. XVIII. destruxit partes boreales Angliæ, & eodem anno v. Kal. Aprilis, capta est villa Berwici per Scotos, quæ fuit in manibus Anglorum per xx. annos. Eodem anno, XIII. die Octobris, commissum est bellum de Dundalk in Hibernia, ubi cecidit Dominus Edwardus de Bruyise, & plures nobiles de Scotia cum eo. *Causa hujus guerræ hæc est.* Iste Edwardus erat homo ferox, & magni cordis valde, nec voluit cohabitare fratri suo in pace, nisi Fol. 48. b. ¹ dimedium regni solus haberet, & hac de causa mota fuit guerra in Hibernia, ubi, ut præmittitur, finivit vitam.

ANNO Domini M. CCC. XIX. Edwardus rex Angliæ, die Invencionis Sanctæ crucis, ² obfessit villam Berwici, sed nichil proficiens, cito cum magna confusione recessit. Eodem anno comes Moraviæ combuffit partes boreales Angliæ usque Wedirby, & fixit tentoria apud Borubrig in fine mensis Augusti.

ROBERTUS rex Scociæ in principio mensis Augusti anno &c. XX. tenuit Parliamentum suum apud Sconam, ubi Dominus Wil-

Johannis de Fordun

lelmus de Soulis, & comitissa de Straitherin, convicti de crimine læsæ majestatis, conspirando contra prædictum regem, sententiam perpetui carceris acceperunt. Domini David de Brechin, Gilbertus de Malerb, Johannes de Logy, milites, & Ricardus Browne, armiger, de prædicta conspiracione convicti, primo equis tracti, ultimo capite sunt puniti. Domini Eustachius de Maxwel, Walterus de Berclay, vicecomes de Abirdene, & Patricius de Grahame, milites, Hamelinus de Troupe & Eustachius de Retreve, armigeri, de eodem crimine accusati, sed rei nequaquam inventi. Contigit autem eodem tempore, quod, Rogero de Mubrey nexu carnis soluto, ejus corpus ibidem fuit deportatum, de conspiracione convictum, ad equorum¹ tractacionem, patibuli suspensionem, & capitis detruncacionem² condeputatur. Sed rex, usus clemencia, & pietate commotus, divino cessit judicio, & corpus defuncti sine³ vilificatione quacumque ecclesiasticæ tradi sepulturæ mandavit. Eodem anno, xvii. die Marcii, legati Domini Papæ venerunt ad regem Scociæ apud Berwicum.

HYEMPS gravissima erat anno Domini M. CCC. XXI. quæ homines afflixit, & cuncta fere animalia extinxit. Eodem anno comes Moraviæ partes boreales Angliæ, & episcopa-

1. Traccionem *MS. Harl.* 2. Condepnatum *MS. Harl.* 3. Vilificatione *MS.* **tum**

tum ¹ Dunelmensem, fame, flamma & gladio destruxit.

ROBERTUS rex Scociæ ² in manu robusta primo die mensis Julii, anno &c. xxii. Angliam intravit, & usque Stanemure cum comitatu Lancastriæ pro majori parte devastavit. Et eodem anno rex Angliæ Edwardus secundus intravit Scociam cum magno exercitu equitum & peditum, & navium multitudine copiosa, xii. die mensis Augusti, & usque villam de Edinburghe pervenit, quærens conflictum habere & congressum belli cum rege prædicto. Sed rex Scociæ, pro tunc congressum belli declinans prudenter, ³ animalia, quibus vesci licet, ab ipso exercitu callide removit, qui post xv. dies, urgente famis inedia, ad propria rediit confusus, spoliatis prius & prædatis monasteriis Sanctæ crucis de Edinburghe & de Melrose, atque ad magnam desolationem perductis. In dicto namque monasterio de Melrose, redeundo de Edinburghe Dominus Willelmus de Peblis, prior ejusdem monasterii, ac unus monachus tunc infirmus, & duo ⁴ conversi in dormitorio, ab eisdem Anglicis sunt interfecti, & plures monachi letaliter vulnerati. Corpus Dominicum super magnum altare fuit projectum, ablata

Fol. 49. a.

¹. Dunelmensem, in principio famis, flamma *MS. Harl.* ². Cum *MS. Harl.* ³. Omnia animalia & cetera victualia, quæ vesci licet, *MS. Harl.* ⁴. Conversi facti cæci in d. *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

1 pixide in qua fuit depositum. Monasterium de Driburghe igne penitus est consumptum, & in pulverem redactum, & alia pia loca quamplura per prædicti regis 2 potentiam ignis flamma consumpsit. Quod, Deo retribuente, eis in prosperum non cessit. Nam eodem anno, prima die Octobris, rex Robertus, Angliam hostiliter ingressus, ipsam usque Eboracum, spoliatis monasteriis, opidis & villis quampluribus igne succensis, penitus devastavit. Cui rex Angliæ Edwardus 11^{us}. apud Biland occurrens, cum magna potencia, tam stipendiariorum de Francia & aliis pluribus locis mercede conductorum, quam ipsius regni indigenarum, in medio regni sui, non sine magna strage suorum, & confusione non modica, apud locum prænominatum in fugam conversus est: de cujus exercitu Johannes de Britannia, Henricus de 3 Sably, & alii nobiles non pauci, ad 4 monasterium de Revaufe fugientes, ibidem capti sunt, & infinita postmodum pecunia redempti. Sicque rex Scociæ cum suis, læta potiti victoria, cum ingenti gaudio & honore ad propria redierunt. Eodem anno, primo die mensis Octobris, Andreas de 5 Berclay capitur, & de prodicione convictus capite punitur.

1. Argentea *addit MS. Harl.* 2. Violenciam *MS. Harl.* 3. Sowelley *MS. Harl.* 4. Monasterium Rievallis *MS. Harl.* 5. Erchlay *MS. Harl.*

MITTUNTUR ambaffiatores per regem Sociæ Robertum, ad tractandum & renovandum amicicias & confoederaciones, anno &c. xxiii. inter reges Franciæ & Scociæ prius initas, & perpetuo robore reformandas, pro fe & fuis fuccefforibus perpetuis temporibus duraturas, ac eciam pro unitate & concordia habenda cum Sancta Romana ecclefia, quæ ad fuggestionem adverfariorum contra regem & regnum aliquid fuit mota. Quibus omnibus feliciter expeditis, idem nuncii ad propria funt profpere reverfi. Anno ifto, viz. quinto die Marcii die Lunæ, in prima ebdomada Quadragefimæ, poft natus eft David, filius regis Roberti & heres Scociæ, qui fucceffit patri in regnum, in monafterio de Dunfermling poft completorium.

ANNO Domini m. ccc. xxvi. Domina Elizabeth, regina Angliæ, conduxit mercede ftipendiarios quamplures de diverfis mundi partibus, quæ, capto Edwardo rege marito fuo, & carceri mancipato, Hugonem de Spensa cum patre fuo patibulo fufpendi juffit & demembrari, & ob caufam hujus fedicionis unus epifcopus Londoniis ¹ decollatur. Comites vero & barones quamplures & nobiles ² paffi morte turpiffima condemnantur. Eodem anno Ed-

1. Sufpenditur *MS. Harl.* 2. Potius, paffim, cum *MS. Harl.*

Fol. 49.b. wardus tercius, tunc xv. annorum, patre carceri mancipato, in regem Angliæ coronatur invitus, in festo Purificacionis beatæ Mariæ virginis. ¹ Annus eciam iste, ultra memoriam vivencium, ubique terrarum fertilis in omnium rerum habundancia fuit & copiosus. Eodem anno apud Cambuskinneith totus clerus Scociæ, comites & barones, ac universi nobiles, una cum populo ibidem congregato, David, filio regis Roberti & heredi, adjurati sunt, & Roberto Seuer nepoti regis prædicti in casu, quo idem David sine prole in fata ² decederet, ipso rege Roberto præsentem. Ibidem eciam Andreas de Moravia Dominam Cristinam, ipsius regis sororem, duxit in uxorem.

A NGLICI mittunt nuncios ad regem Scociæ, anno Domini M. CCC. XXVII. simulantes, se velle super firma pace habenda tractare. Sed sæpe adinvicem convenientes nichil ³ profecerunt. Tandem detecta eorundem fraude, Scoti cum manu valida partes boreales Angliæ intraverunt, xvii. Kal. Julii, ipsam flamma & gladio ⁴ devastando. Eodem anno, mense ⁵ Augusti, comes Moraviæ, & Jacobus de Dowglace, cum multis nobilibus Scociæ, armata manu Angliam invadunt, & post ⁶ plura dampna

1. Anno eciam isto, *MS.* 2. Decederit *MS.* 3. Proficerunt *MS.* 4. Devastantes *MS. Harl.* 5. Octobri *MS. Harl.* 6. Plurima *MS. Harl.*

Anglicis illata, in quodam arto loco nomine Werdale, simul fixere tentoria, quibus ex opposito, & quasi in exitu itineris, agmina Anglorum plusquam centum milia in circuitu Scottorum sunt collocata. Ubi octo diebus exercitus se mutuo quotidie viderunt, & quotidie mutuis cædibus se affligerunt, congressum tamen belli vitabant. Tandem vero Scoti, ut prudentes bellici, captata hora seipso salvandi, pluribus hostium morte prostratis, per nocturnos circuitus, & captis plurimis Anglicis & Hannonibus, sani & incolumes ad propria revertuntur.

POST eorum regressum eodem anno paucis interjectis diebus rex Scociæ castrum de Norhame, & cito post castrum de Allniwik vicissim obsessit, & in eadem ¹ obfessione apud Norhame Willelmus de Monte alto miles, Johannes de Claphame, & ² Robertus de Dobery, cum aliis, propria inhercia sunt interfecti. Eodem anno, xvii. die mensis Marcii, ambassiatores, à rege Angliæ ad regem Scociæ mittuntur apud Edinburghe, ad ordinandum & tractandum super firma & perpetua pace, cunctis temporibus duratura. Ubi post diversos tractatus, ac multa & varia guerrarum utriusque regni discrimina, reges prædicti super pace indissolubili adinvicem sunt concordati, præstitis super

1. Obfessione *MS.* 2. Malifius de Dobery *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

hoc juramentis majorum & digniorum utriusque regni, in animas utriusque regis jurancium ad observandum omnia & ¹ singula fideliter, & perpetuis temporibus inconcussa duraturis, quæ in suis Instrumentis, hinc inde super forma pacis confectis, sub certis articulis plenius continetur. Et ut pax vera esset inter eos & suos successores sine fine permanfura, rex Scociæ, mera & spontanea voluntate, pro
 Fol. 50. a. dampnis, per ipsum regi & regno Angliæ illatis, dedit eidem & concessit xxx. milia marcarum in pecunia numerata, dictusque rex Angliæ suam sororem, nomine Johannam, David, filio regis Roberti ac heredi, pro majori securitate pacis & amoris constancia firmiter nutrienda, tradidit in uxorem.

SEPTIMO decimo die mensis Julii, anno &c. xxviii. David, filius & heres regis Roberti, desponsavit Johannam, sororem regis Angliæ Edwardi tercii, apud Berwicum, præfente Elizabeth, matre puellæ, tunc regina Angliæ, cum gaudio ineffabili populi utriusque regni. Eodem anno obiit Willelmus de Lambertonne episcopus Sancti Andreae.

SEPTIMO Idus Junii, anno Domini m. ccc. xxix. obiit piæ memoriæ Robertus de Bruyise, rex Scotorum illustris, apud Card-

1. Singula perpetue duratura, quæ in suis *MS. Harl.*
 rosse,

rosse, anno regni sui xxiiii. ultra omnes viventes suis diebus miles strenuus.

JACOBUS de Dowglas & rex Hispaniæ, viii. Kal. Septembris, anno Domini m.ccc.xxx. congregatis exercitibus, de diversis mundi partibus, in subsidium terræ sanctæ confluentibus, debellavit Soldanum, & innumeros cum eo Saracenos; quibus convictis, & in fugam convictis, & in fugam conversis, pluribus ex illis prius interfectis & spoliis distributis, dictus rex cum suo exercitu rediit incolumis. Sed, proth! dolor, prædictus Jacobus de proprio exercitu paucissimos secum retinuit, & hoc alium Soldanum, in insidiis latentem, minime latuit, qui cum suis de latibulis exiens bellum provocavit. Cujus exercitum & vexilla à longe dictus Jacobus cognoscens, statim, ut erat imperterritus, ipsos cum suis alacer est congressus. Ubi interfectis pluribus Saracenis, ipse Jacobus cum suis pro Christo agonizans idem feliciter diem clausit extremum. Cum quo quidam Willelmus de Sancto³ Claro, Robertus Lagane milites, & alii plures finem vitæ dederunt. Iste Jacobus diebus suis fortis malleator fuit Anglicorum, cui Dominus tantam gratiam in vita sua contulit, ut ubique locorum Anglicis⁴ triumphavit.

1. Aggressus *MS. Harl.* 2. Potius, ibidem, cum *MS. Harl.* 3. Claro & Robertus Logan milites, aliique plures nobiles Scotigeni finem vitæ ded. *MS. Harl.* 4. Triumpharet. *MS. Harl.*

OCTAVO Kal. Decembris, anno Domini millesimo CCC. XXXI. inunctus est David rex Scotorum, filius & heres regis Roberti, & coronatur apud Sconam à Domino Jacobo Ben, episcopo Sancti Andreae, per bullam Sanctissimi patris Johannis XXII. tunc summi pontificis, ad hoc specialiter constituto, ante quem nullus regum Scociæ legitur fuisse inunctum, vel cum tali solempnitate coronatum. Eodem die ordinem militare receperunt Johannes Seuer comes Angusiæ, Thomas Ranulphi filius & heres Thomæ comitis Moraviæ, & alii nobiles de regno Scociæ.

TERCIO DECIMO Kal. Augusti, anno Domini M. CCC. XXXII. obiit Thomas Ranulphi comes Moraviæ & custos Scociæ, post mortem cujus omnes magnates, tam ecclesiastici quam laici, apud Perth, quarto Nonas Augusti, congregati sunt, post plures altercationes & varias discensiones, Donaldum, comitem de Marr, unanimiter elegerunt in regni custodem. Quo die nunciatum fuit dicto custodi, & ceteris proceribus regni, Edwardum de Balliolo cum navium multitudine copiosa pridie Kal. Augusti in aquam de Forth applicuisse, qui octavo Idus ejusdem mensis apud Kingorn ter-

1. In regem *MS. Harl.* 2. Sunt omittit *MS. Harl.* 3. Prædie *MS.*

ram peccit. Cui Alexander de Seton ¹ & filius cum paucis in facie resistens, eodem die cum tribus vel quatuor occubuit: dictus vero Edwardus cum suis inde progrediens, visitato monasterio de Dunfermling, ad moram de Dupline III. Idus prædicti mensis pervenit, ubi commisso gravi bello, ab aurora diei usque horam nonam, idem Edwardus victor extitit, & genti Scotorum patuit ruina magna. Quo die dictus custos cum duobus comitibus Moraviæ & Menteth, Domini Robertus Bruyise, ² Alexander Frazeire, cum aliis nobilibus, ³ baronibus, militibus, armigeris valentibus, & inferiorum status ac gradus innumeris, non minus morte stupenda quam infelici perierunt, quos non vis humana, sed ulcio divina prostravit. Nam plures ex collusione corporum, se adinvicem ⁴ comprimencium, sine vulnere ceciderunt, quam in telo vel gladio jugulati sunt. Capti sunt autem Duncanus comes de Fyff, interfectis suis sub vexillo suo III^c. LX. viris loricatis, & alii multi.

EODEM anno VIII. ⁵ Kal. Octobris antedictus Edwardus de Balliolo factus est rex apud Sconam per Duncanum comitem de Fyff, & Willelmum de Sancto Claro episcopum Dun-

1. *Deest* & in *MS. Harl.* 2. *Sic.* 3. Baronibus & militibus, ac valentibus armigeris, necnon inferioris gradus non modica multitudine, non minus *MS. Harl.* 4. *Comprementium MS.* 5. *Kel. MS.*

Johannis de Fordun

keldenfem, qui ad pacem ipsius ¹ Edwardi antequam venerat, congregatis ibidem abbatibus, prioribus, & comunitate de Fyff ² & Fichirefter, de Stratherne, & de Gowry, ad pacem antedicti Edwardi jam receptis. Nomina magnatum ³ veniencium cum sæpedicto Edwardo, pro suis terris acquirendis in regno Scociæ, sunt hæc. Henricus de Bello Monte, ⁴ David Atholiæ, Henricus de Ferrariis cum duobus fratribus, Alexander de Arnet, Ricardus Talbote, Walterus Cumyne, cum multis aliis. Numerus autem omnium eorum ad bellum procedencium ⁵ VI^c. Numerus vero ⁵ exercitus Scotici xxx. milia. Numerus occisorum ad III^a. milia æstimatur.

CAPTA est villa de Perth eodem anno Nonas Octobris, in qua captus est Duncanus comes de Fyff, custos ejusdem villæ ex parte Edwardi de Balliolo antedicti, ⁶ una cum filia uxoris, multisque aliis sibi propinquis, inter quos captus est Andreas de Tulibarde, qui convictus tamquam proditor contra regem mortem subiit temporalem. Eodem anno xvii. Kal. Januarii Johannes Ranulphi comes Moraviæ, Archibaldus de Dowglace, & Simon Frafer, cum

1. Eadwardi paulo ante venerant, convocatis ibidem *MS. Harl.*
 2. Et de Fothriff, de Stratherne & Gowry *MS. Harl.* 3. Veniencium ad Sconam cum sæpe fato *MS. Harl.* 4. David comes Atholiæ *MS. Harl.* 5. Exerciti *MS.* 6. Una cum uxore & filia ejusdem comitis, & multis aliis sibi *MS. Harl.*

paucis aliis nobilibus, in villa de Moffate congregati, nocte venerunt usque ad villam de Anand, ubi habito congressu repente & subito cum Edwardo de Balliolo, idem Edwardus in fugam conversus est, Johanne de Mubra, Henrico de Balliolo, & Waltero Cumyne, cum multis aliis, in ipso conflictu occisis, & ipse Edwardus vix evasit cum paucis. Captus fuit ibidem Alexander de Bruyise per comitem Moraviae, & à morte ereptus.

PRIDIE Kal. Aprilis, anno Domini M. CCC. Fol. 51. a.
 xxxiii. ² obcessa est villa Berwici per regem Angliæ Edwardum tercium. Qui, ruptis vinculis pacis & confœderacionis, cum omni potencia Walliæ, ³ Gusconia, Angliæ, adjunctis sibi Scotis, ⁴ Edwardo de Balliolo faventibus, qui plures erant, ad XIII. Kal. Augusti dictam obcessionem jugiter continuavit. Quo die commissum fuit lacrimabile bellum de Halidoun, ubi, juxta ⁵ interpretacionem sui nominis supradicti, Scoti sunt devicti, & fere penitus deleti, & maxime qui partem regis David ⁶ favebant vel tenere diligebant. Nomina interfectorum ex parte regis David sunt hæc: Archibaldus de Douglace tunc custos Scociæ, Hugo comes de Rosse, Kenethus comes Suthirlandiæ, Ale-

1. Predie *MS.* 2. Obcessa *MS.* 3. Vasconia & Angliæ, *MS. Harl.* 4. Edwardus *MS.* 5. Interpretacionem nominis loci, Scoti *MS. Harl.* 6. Potius, fovebant, cum *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

xander de Bruyise comes de Carrik, ¹ Andreas Frafer, cum Simone fratre suo, Jacobo Frafer, & alii nobiles quamplures, quorum nomina per ² singula recitare magis lamentabile est, quam expediens. Tunc temporis in villa Berwici Patricius comes Marchiæ, & Alexander de Cetone pater custos villæ prædictæ, cujus filius, nomine Thomas, datus est obses regi Angliæ, pro deliberacione villæ prædictæ in die & termino ad hoc præfixo. Sed termino decurso, Alexandro prædicto adhuc succursum præstolante, & villam fixo die nolente reddere, idem Thomas coram facie patris sui in patibulo suspenditur, & frater suus, nomine Willelmus, paulo ante inter naves Angliæ pro defensione villæ, patre intuente, demergitur. Sed statim post commissum bellum, extincta omni spe salutis & subsidii, salvis habitantibus in ea universis vita, membris & possessionibus, regi Angliæ redditur & deliberatur.

CIRCA finem mensis Augusti, anno &c. XXXIII. mota est discordia apud Perth inter Edwardum de Balliolo, instantem pro Alexandro de Mubray, & Dominos Henricum de Bello monte, David comitem Atholiæ, & Ricardum Talbot, intentos dictum Alexandrum ab hereditate sua repellere, ³ & filias fratris sui

¹. Andreas, Symon & Jacobus Frafer fratres, & alii *MS. Harl.*
². Singulos *MS. Harl.* ³. Et filias fratris sui veras heredes jure
 successionis sibi anteferre *MS. Harl.* jure

jure successione auferre. Cujus rei causa facti discordes abinvicem recesserunt. Edwardus vero versus Berwicum, Henricus de Bello monte versus Dundrage, comes Atholiæ versus Lochindorb, singuli ¹ viam dirigentes, Ricardus Talbot ad Angliam tendens, & per Laudoniam iter faciens, ² vi. Idus Septembris cum suis sequacibus captus est ibidem, Dominus Alexander de Moubray, timens partis adversæ potentiam, ³ Andreae de Moravia, qui paulo ante, soluta redemptione, liberatus fuit à carcere, totaliter adhæsit; qui simul conjuncti cum potentia sua, Henricum de Bello monte in castro de ⁴ Dundrage per aliquod tempus obsederunt, sed Henricus de Bello monte, de succursu desperans, pensata etiam inopia victualium, & considerans se non posse castrum defendere, salvis sibi vita & membris & bonis universis, concessit insuper salvo conductu & securo transfundi in ⁵ Anglia, cum uxore, liberis & tota familia, x. Kal. Januarii prædictis Andreae & Alexandro castrum antedictum reddidit & liberavit, promittens fideliter, sub debito juramento, circa pacis ⁶ conformacionem laborare. Non multis diebus post evolutis, apud Dundenavem cum suis ingressus, sine mora partes petiit Anglicanas. Johannes vero Ranulphi comes

1. Vias dirigentes, Ricardus vero Talbot *MS. Harl.* 2. Vto. *MS. Harl.* 3. Andreas *MS.* 4. Dungrage *MS.* 5. Angliam *MS. Harl.* 6. Reformationem *MS. Harl.*

Moraviæ, qui statim post conflictum de Anand adiit regem Franciæ, tunc subito rediens ad propria, comitem de Atholia per vias planas & asperas jugiter infecutus est: qui videns se nullo modo posse evadere, vi & perfecutione comitis Moraviæ compellente, v. Kal. Octobris ad pacem regis David venit, sibi que fidelitatem & homagium præstans, & hoc juramento confirmans.

EODEM anno, quarto Nonas Marcii, venerunt nuncii regis Franciæ apud Perth, missi ad tractandum de pace inter reges Scociæ & Angliæ, accedente ad hoc consensu simul & præcepto summi pontificis Benedicti XII. cum litteris patentibus utrique regi Angliæ & Scociæ directis, quos rex Angliæ non solum audire, sed nec videre dignatus est. Et iterum missis aliis nunciis, ex parte regum Franciæ & Scociæ, ^{recusavit} pacem & concordiam omnino negavit.

MENSE Aprili, anno Domini M.CCC. XXXV. Robertus Seuer, & comes Moraviæ, tunc ² custos Scociæ, apud Derusy suum tenuerunt Parliamentum, comparentibus ibidem comite Marchiæ, Andrea de Moravia, Alexandro de Mowbray & Willelmo de Dowglace ex una

1. Sic MS. Sed recusavit tantummodo in MS. Harl. 2. Custodes MS. Harl.

parte, & prudenter ac ¹ quiete se habentibus, & David comite Atholiæ cum magna potencia ex parte altra, ubi, propter ejus tyrannidem, nichil aliud actum est nisi derisione dignum. Hic Senescallo adhærens, qui tunc non magna regebatur sapiencia, & comitem Moraviæ defectui habens, omnibus ibidem existentibus factus est infestus, sed circumspecta prænominatorum prudentia immanem ipsius sæviciam callide declinavit. Eodem anno, ex præcepto ² custodum, omnibus incolis in planis habitantibus ad montana & loca tuta, cum bonis mobilibus & cunctis animalibus, confugientibus, ³ pridie Nonas Julii navigium regis Angliæ in aquam de Forth applicuit. Et rex Angliæ, cum Edwardo de Balliolo, habens secum xc.m. equitum, & novies xx. naves, apud Perth tentoria defixit, & ibidem usque adventum comitis Atholiæ moram faciens, ⁴ circumquaque deprædavit.

EODEM anno, & pro eodem instante negotio, III. scilicet Kal. Augusti, comes de Geller de partibus ultra marinis, causa ferendi auxilium regi Angliæ apud Edinburghe, per ⁵ comitem Moraviæ, qui declinavit partes boreales, propter tyrannidem comitis Atholiæ & Marchiæ simul ⁶ congregatos, inito congressu cum

Fol. 52. a.

1. Quite MS. 2. Custodis MS. Harl. 3. Predie MS. 4. Terram circumquaque MS. Harl. 5. Comites MS. 6. Sic.

Johannis de Fordun

fuis victus succubuit; sed comes Moraviæ, ultra modum curialis & hosti compaciens, ac per hoc regi Franciæ, à quo nuper recesserat, multum placere confusus, prædictum comitem de Geller sine redempcione, vel quoquo alio gravamine, restitutis spoliis ablatis, ob amorem regis Franciæ, cum suis liberum & illæsum redire permisit. Et, ad majorem benevolenciæ suæ ostensionem, in propria persona comitatus ad marchias castellanorum inopinate congressibus prævenitur, & ab ignobilibus captus carceri mancipatur. Eodem anno, non multis elapsis diebus, comes Atholiæ, apud Perth, ad pacem & fidem venit regis Angliæ, & Edwardi de Balliolo, promisitque fideliter eisdem, omnes magnates Scociæ ad pacem eorum infra tempus modicum se esse reducturum. Cujus promissi gracia factus est custos in Scocia ex parte regum ipsorum. Post hæc rediuntibus fugitivis, firmatis castris, pacato regno & reverso rege Angliæ cum sua potencia, quantas tyrannides & crudelitates ipse comes exercuit in populo non possunt verbis comprehendi; quosdam exheredavit, quosdam jugulavit, & omnes libere tenentes delere de terra finaliter ordinavit.

ERANT enim tunc temporis tres magnates Scociæ, viz. Andreas de Moravia, (qui eodem anno, circa festum beati Mathæi, ex parte regis David apud Dunbretane factus fuit custos Scociæ,)

Scociæ,) comes Marchiæ, & Willelmus de Douglas, qui ad pacem Anglorum, vel Edwardi de Balliolo nondum venerant, sed, sub quodam respectu & sufferencia regis & magnatum Angliæ, quasi meliorem fortunam hianter ore expectantes, nunc hîc nunc alibi occulte latitabant. Cumque prædictus Andreas, fama nunciante, castrum suum, cum uxore, per prædictum comitem cognosceret obsessum, petita licencia & optenta à Domino de Monte Acuto, regis Angliæ tunc principali consiliario, cum auxilio antedictorum comitis Marchiæ & Willelmi de Douglas suo castro succursum quamto-
 cius paravit. Hii vero tres cum suis complici-
 bus, diris cruciatibus civium dolencium ex corde compacientes, magis elegerunt mori in bello, quam videre mala gentis suæ, atque uno consensu atque concupiscenti animo pro redemptione servitutis se dantes periculo, quasi urfi vel leones, raptis catulis, sævientes, ad bella
 1 properabant. Et factò congressu, 2 pridie Kal. Decembris, in foresta de Kilblene, ipsum comitem, cum v. militibus, & ceteris suis benevolis pariter, sub quercu trucidabant, ac, adepta victoria, plebi, quæ invita erat cum eo, misericorditer pepercerunt. Post dictum conflictum, dictus Andreas cum ceteris ad castrum de Cupro pervenit, & 3 eum obsedit. In quo erant

1. Proparabant *MS.* 2. Priedie *MS.* 3. Sic *MS.* Sed eam in *Cod. Harl.*

plures Scoti Anglicati, sed, exceptis litteris regum Franciæ & Scociæ, treugas castellanis ad
 Fol. 52.b. certum tempus concessit, & interim majores regni apud Dunfermling convocavit, & ibi ab omnibus custos Scociæ est approbatus, & proficiscens ultra montes in partibus borealibus diu moratus est.

REX Angliæ & Edwardus de Balliolo, anno Domini M. CCC. XXXVI. cum potencia magna tam per mare quam per terram venerunt usque Perth, & assumptis secum viris electis, rex prædictus directus usque Lochindorb¹ properavit, & inde educens uxorem & heredem David comitis Atholiæ, totam Moraviam igne consumens, usque Elgyn pervenit, & progrediens inde, salvis eciam² ecclesiis & ædificiis Canonorum de Elgyne, flamma, universa devorante, villam de Abirdene solo coæquavit. Sicque ad villam de Perth rediit, firmatis fortalicis de³ Dunottir, & de Kynnef, & de Laurestone. Post hæc, habito diligenti tractatu, de consilio præcipue⁴ prædictorum regni Scociæ, villam de Perth muris & fossis, turribus & portis, sub omni festinatione jusserat obfirmari, assignans sex monasteria, scilicet Dunfermling, Sancti Andreae, Londoris, Balmurynach, Abirbroth & Cuper in Angusia, ad construendum tres

1. Preparavit *MS.* 2. Ecclesia *MS. Harl.* 3. Dunnocer *MS. Harl.* 4. Proditorum *MS. Harl.*

partes majores cum totidem turribus suis sumptibus & expensis de lapidibus quadratis. Cujus occasione constructionis dicta monasteria vehementer fuerunt depauperata. Eodem tempore sunt reædificata castra Sancti Andreae & de Lochris per Henricum de Bello Monte & Henricum de Ferreres. Eodem anno, moram faciente rege Angliæ in villa de Perth, Johannes de Elthame, frater ejusdem regis, per partes occidentales Scociæ iter agens, terras, quas rex frater suus ad pacem nuper² acceperat, igne & gladio consumpsit, ac plures animas, ad ecclesias fugientes, igne supposito cum ipsis³ ecclesiis extinxit, & penitus delevit. Cumque idem rex apud Perth super præmissis ipsum, ut debuit,⁴ arguens, & ipse regi indignanti animo responderet, subito fratris spata percussus, rebus exutus est humanis. Rex vero post cito in Angliam rediens, Edwardum de Balliolo cum magna potencia in villa de Perth reliquit. Quo tempore Henricus de Bello Monte,⁶ in vindictam mortis sui generis, omnes, quos capere potuit per se vel per alios, quoscumque, qui conflictu de Kilblene interfuerunt, sine misericordia diversis poenis cruciatos jussit interire. Inter quos multus sanguis innoxius est effusus. Eodem anno firmatum est castrum de Strive-

1. Portas *MS. Harl.* 2. Acciperat *MS.* 3. Ecclesias *MS.*
 4. Argueret *MS. Harl.* 5. Edwardus *MS.* 6. In vindictam generis sui comitis David interfecti, omnes, *MS. Harl.*

ling per Willelmum de Monte Acuto, in quo posuit Thomam de Rokby, castrum de Edinburghe per Johannem de Striveling, & castrum de Roxburghe per Willelmum de Feloune milites.

EODEM anno, mense Octobris, Andreas de Moravia, tunc custos Scociæ, congregato exercitu, fortalicia de ¹ Dunotir, de Kynneff
 Fol. 53.a. & de Laurestonne ² obsessit, cepit, & ad terram prostravit, atque per totam hyemem in foresta de Platen, & aliis locis tutissimis de Angus moratus est. quamplures infidias ab Anglicis & periculosos sustinuit insultus, ac sic per utrorumque continuas deprædaciones tota terra de Gowry, de Anguse, & de Mernys ³ pro majore parte fere ad irrecuperabilem redacta est vastitatem, & in extremam egestatem. Eodem anno, mense Februarii, paulo ante ⁴ fortalicio de ⁵ Kilclenyn funditus destructo, idem custos, adjunctis sibi comitibus Marchiæ & de Fyff, Willelmo de Dowglas, & multis aliis nobilibus Scociæ, ingressus partes de Fyff, turre de Falcland humi prostrata, ⁶ terra in circuitu undique prædata, captis habitatoribus & redempcioni expositis, ad villam Sancti Andreæ accessit, & castrum ejusdem ⁷ in tribus septimanis cum

1. Dunnocer *MS. Harl.* 2. Obcessit *MS.* 3. *Desunt* pro majore parte in *MS. Harl.* 4. Fortalicia *MS.* 5. Kinclvyne *MS. Harl.* 6. Terram *MS.* Terraque *MS. Harl.* 7. In *omittit MS. Harl.*

machinis potenter obsessit, quod redditum fuit eidem ultimo die Februarii, salvis habitatoribus in eo vita & membris & bonis universis. Simili modo per omnia paulo ante actum est de castro de Luchris, ¹ & inde post VI. die Marcii movens tentoria, ad ² turrin de Boithvile in Quadragesima proxima sequente accessit, & eam expugnans post modicum tempus accepit, & ad terram prostravit, tamen non sine dampno suorum. Nam Stephanus Wiseman ibidem occubuit.

MENSIBUS Aprilis ac Maii, anno Domini &c. XXXVII. obsessum est castrum de Striveling per eundem custodem. Sed, veniente rege Angliæ tam grandi exercitu, idem custos videns, se non posse in bello multitudini resistere, sanus & incolumis cum suis remotus est ab eodem, interfecto prius Willelmo de Keith propria lancea non minus ³ infeliciter quam mirabiliter. Eodem anno obsessum est castrum de Edinburghe per eundem, & communitas Laudoniæ venit ad ipsius pacem. Sed per potentiam Anglicorum, interveniente fraude & dolo quorundam Scotorum, remotus est ab obsessione ipsius, constituto prius Laurencio de Prestone vicecomite Laudoniæ, ex quo secuta est, tam ex parte Scotorum quam Anglicorum, uni-

1. Ac inde primo die Marcii *MS. Harl.* 2. Castrum *MS Harl.*
3. Infeliciter *MS.*

versalis destructio Laudoniæ. Eodem anno, XIII. die mensis Januarii, ¹ obcessum est castrum de Dunbar per Willelmum de Monte Acuto comitem Salisberiæ, & comitem de Arondale, duces exercitus regis Angliæ. Et continuata est dicta ² obcessio in manu forti per machinas plures & immanes, per balistas, & per omnia artificia bellicæ artis per XXII. septimanas, & XVI. die mensis Junii proximo sequente per litteras præceptorias regis Angliæ infecto negotio sunt revocati. Eodem anno incepta est guerra inter reges Angliæ & Franciæ satis dira & aspera, feliciter tamen pro regno Scociæ.

ANNO Domini M. CCC. XXXVIII. obiit Andreas de Moravia, custos Scociæ, & sepultus est apud Rosmarky, sed postmodum ossa ejusdem usque Dunfermling sunt deportata, & coram altare beatæ virginis in monasterio ejusdem loci sunt ³ tumultata. Hic libertati regni Fol. 53. b. multum utilis fuit, & omnia castra & fortalicia circa aquam de Forth, præter Cuper & Perth per Anglicos occupata, oppugnando destruxit. Sed omnes partes, quas guerrando perambulavit, ad tantam vastitatem & inopiam deduxit, quod plures fame & egestate postea perierunt, quam quos tempore guerræ gladius devoravit. Stetit autem custos Scociæ per duos annos & ⁴ dimidium. Eodem anno Robertus Seuer factus est

1. Obcessum MS. 2. Obcessio MS. 3. Tumilata MS. 4. Sic. custos

custos Scotiae, & stetit usque adventum regis David.

OBSESSA est villa de Perth, anno Domini M. CCC. XXXIX. per dictum Robertum, & ceteros magnates regni, ¹ x. Septembris, quam tenuit Thomas ² Otyr miles ex parte Anglicorum, habens secum plures Scotos, qui Edwardo de Balliolo adhæferunt. xvii. die mensis Augusti reddita est villa prædicta, salvis Anglicis vita & membris, ac ceteris mobilibus, quorum quidam navali vehiculo, quidam terrestri passagio, partes Scotiae cum magno obprobrio quamtocius reliquerunt, concessis Scottis terris & possessionibus, & indultis injuriis, tempore guerra, regi ac regnicolis proterviter illatis. Memorandum, quod ³ obsidioni dictæ villæ interfuit quidam pirata de Francia, nomine Haupilie, cum duabus navibus, onustis raptoribus, qui, ad primum insultum per ipsam Anglicis irrogatum, ⁴ suam navem, propter nimiam præsumptuositatem, perdidit, & in herciam. Interfuerunt eciam duo milites de Francia, cum suis clientulis, & unus armiger famosus, nomine Gelafius del Hufe. Dictus vero pirata, recuperata navi prius perditâ, dataque sibi

1. Obcessa MS. 2. Diem mensis quo obsessa fuit non indicat Cod. Harl. Indicat tamen, per duos menses & duas septimanas continuatam fuisse obsessionem, & xvii. die Augusti redditam. 3. Uther MS. Harl. 4. Obcedioni MS. 5. Hampile MS. Harl. 6. Optimam suarum navium, propter MS. Harl.

pecunia à custode, pro sui laboris mercede, cum militibus & suis fervientibus navim ascendit, velum in altum tetendit, &, flante vento, in exitu de Drumlay profundum peciit sine mora. Diciturque armiger, in alia navi existens, diræ Caribdis prædictam voraginem illæsus evasit. Memorandum, quod, infra tempus obcessionis antedictæ villæ de Perth, Dominus Willelmus Bullok capellanus, custos castri de Cuper, camerarius Scociæ ex parte Edwardi de Balliolo, & locum tenens, ac thesaurarius omnium Anglicorum & eorum adhærencium in regno Scociæ, concessa sibi prius larga remuneratione de terris & possessionibus, custodi castrum reddidit antedictum, & regis David homo legius cum suis devenit complicitibus, qui dictæ obcessioni cum totis viribus interfuit, utile præstans auxilium, & expediens tribuens consilium. Hic subito de infimis ad alta conscendit, prudentia & compendiosi sermonis eloquencia præ omnibus suo tempore lingua materna claruit, primo cum Edwardo de Balliolo camerarius, & ceterorum Anglicorum thesaurarius, postremo cum rege David camerarius Scociæ, & inter primos consiliarios maximus, &, propter periti consilii acumen, nominatissimus fuit, atque pari modo cum rege Scociæ & proceribus, sicut cum rege Angliæ, quasi alter Chusi habebatur laudabilis. Sed cum, diversis variis fungens officiis, infinitas congregas-

1. Obcessioni MS.

set divicias, tandem subito camerariæ solutus Fol. 54. a.
 officio, cum putaret se firmiter stare, suspectus
 prodicionis, de regis mandato per David Ber-
 clay repente capitur, & in Malimoram custodiæ
 mancipatur. Sicque post multos felices succes-
 sus, redeuntibus adversis, infelici morte vitam
 terminavit, in quo manifestissime verificatum
 est illud poëticum :

*Cum soleant hominum feliciter omnia verti,
 Majori levitate solent adversa reverti.*

Versus.

SEPTIMODECIMO die mensis Aprilis, an-
 no Domini M. CCC. XLI. captum est castrum
 de Edinburghe¹ in manu forte, non minus fe-
 liciter quam subtiliter, per Dominos Willelmum
 de Douglas, Willelmum Frazer & Willelmum
 Bulloc, cum suis complicibus, subactis cunctis
 ipsius castri custodibus.

EODEM anno, scilicet Domini M. CCC. XLI.
 III. Nonas Junii, David, Dei gracia, rex
 Scotorum illustris, de Francia ad Scociam red-
 iit, atque apud Innerbervy cum regina navigio
 perductus, sanus & incolumis idem ad terram
 pervenit.

TRICESIMO die Marcii, anno &c. XLII.
 qui illo anno fuit in vigilia Paschæ, circa
 gallicantum, Alexander de Ramsay, cum suis

1. Manu forti, absque in, MS. Harl.

sequacibus, muros castri de Roxburghe per scallas potenter conscendens, ipsum in manu forti accepit, cunctis superatis & quibusdam interfectis.

EODEM anno, xx. die mensis Junii, Alexander Ramfay, custos castri de Roxburghe & vicecomes Tevidaliæ, citatis omnibus dicti vicecomitatus coram ipso apud Hawik personaliter accessit, ubi dum in ecclesia ejusdem villæ, omnis fraudis & mali ingenii ignarus, adventum citatorum diucius expectaret: suo fungendo officio, nunciatum est eidem, quod Willelmus de Dowglas in proximo venturus esset ibidem, qui nichil mali suspicatus de eo, quamvis de sævicia ipsius fuisset præmunitus, ex eo quod paulo ante, omni sedata discordia, denuo renovata fuerat amicicia, adventum ipsius Willelmi in ecclesia præstolabatur. Cui venienti assurgens, ac pacifice salutans, eum ad confedendum invitavit. Sed Willelmus cum suis, ut erat armatus, in dictum Alexandrum, & tres alios sibi auxilium ferentes, crudeliter irruentes, in gremio Sanctæ matris ecclesiæ diris vulneribus fauciatos tenuerunt, ipsumque Alexandrum, catenis ligatum ac jumento impositum, adduxerunt; qui ad castrum de Ermitage deductus, sine omni sustentatione corporali xvii diebus

1. Suo ad fungendum officio *MS. Harl.* 2. Abduxerunt *MS. Harl.*
3. Sic pro sine in *MS.* Sed, ut nos, in *Cod. Harl.*

vixisse

vixisse perhibetur, & ipso xvii. die à capcione munitus percepcone hostiæ salutaris naturæ debitum persolvit. Hic regi & libertati regni multum utilis fuit, hostes circumquaque prostravit, eorum impetum vehementer repressit, multas victorias optinuit, multa bona fecit, & majora, secundum humanum iudicium, fecisset, si diucius vixisset. Hic virtute armorum, & robore virium, suo tempore ceteros excellebat, & sicut erat in armis ceteris potencior, ita in Fol. 54. b. conflictu felicior. Cujus probitati invidens antiquus hostis, adversus eum susurravit, qui ejus virtutum insignia, regnante invidia, non solum prodicione, sed eciam miserime abstulit & extinxit.

ET sicut à die conflictus de Kilblene, usque ad mortem ipsius Alexandri, in omni eventu guerrarum cuncta prospero exitu agebantur, ita, ipso de medio sublato, versa vice omnia, attemptata pro regni utilitate, protinus infelicem capiebant effectum. Per mortem namque ipsius Alexandri, quasi immortalis & interminabilis lis & discordia ortæ sunt in regno, non solum inter proceres, sed & inter mediocres, ita quod ex tunc mutua cæde se invicem trucidantes vicissim gladio toti dederunt.

ANNO &c. XLIII. tanta pestilencia erat gallini generis, ut omnes gallos & galli-

I. Anno Domini M. CCC. XXXVI. hoc accidisse dicit Cod. Harl.

nas, tamquam immundos & lepra percussos, comedere vel eciam videre penitus abhorrent, & sic fere species illa totaliter ob causamque prædictam deleta est.

REX Scociæ David, mense Octobris anno Domini M.CCC.XLVI. suum congregans exercitum, cum magna potencia Angliam ingressus est, & bello commisso apud Durame cum Anglicis, XVI. Kal. Novembris, idem David rex detentus est & captus, omnibus suis nobilibus secum captis seu interfectis, exceptis Patricio de Dunbar, comite Marchiæ, & Roberto Seuer, ¹ Scotis, qui fugam capientes illæsi abierunt. Capti sunt ibidem cum rege comes de Eyff, Malcolmus Fleming, comes de Wigtonne, comes de Menteth qui postea in Anglia equis tractus & diversis poenis cruciatus interiit, Willemus de Dowglas, & multi alii barones, nobiles, milites strenui, & armigeri electi. Interfecti autem sunt Johannes Ranulphi comes Moraviæ, comes de Stratherne, Constabularius Scociæ, Marefcallus Scociæ, Camerarius Scociæ, cum aliis innumeris baronibus, militibus, armigeris & valentibus personis. Eodem anno, statim post bellum prædictum, reddita sunt Anglicis castra de Roxburghe & Ermitage. Et Laudonia igne consumpta est.

¹. Scotos *MS.*

EODEM anno, non multum post illius belli eventum, principes, qui relictī sunt, in unum congregati, ne rei publicæ status confunderetur, elegerunt sibi in custodem Dominum Robertum Seuer Scotum, nepotem regis supradicti, arbitantes, quod, quia cunctis erat potentior, rerum summa ab eo forcius tueretur. Sed qualiter in officio custodis, quomodo regnum sibi commissum gubernavit, sua gesta temporibus omnibus innotescunt.

ANNO Domini M. CCC. L. tanta pestilencia & mortalitas hominum in regno Scociæ erat, & etiam annis pluribus præcedentibus & subsequētib; in diversis mundi partibus, ym-
 Fol. 55. 2.
 mo generaliter in toto orbe, prævaluerat, quanta à mundi primordio usque tempus modernum nunquam ab homine est audita, seu in codicibus ad noticiam futurorum est comperta. In tantum enim pestis illa maliciæ exercuit crudelitatem, ut fere tertia pars generis humani naturæ debitum solvere compelleretur. Mirum etiam in modum ac insolitum nutu divino moriendi hoc accidit detrimentum, ut vix biduo ex quadam carnis inflacione turgida ægrotantes

I. M. CCC. XLIX. MS. Harl. Vide Tractatum eximium, ab Amico nostro eruditissimo, Richardo Meado, (M.D.) summo, quo pollet, iudicio conscriptum, cui tit. A short Discourse concerning Pestilential Contagion, and the Methods to be used to prevent it, Lond. 1720. p. 10. 2. Nusquam MS. Harl.

Johannis de Fordun

cursum vitæ præsentis ¹ prolongarent, & hoc in mediocribus præcipue ac popularibus, & raro in magnatibus, ubique locorum contingebat. ² Agebatur igitur tanto horrore, ut filii parentes, in extremis laborantes, & è converso, metu quodam contagionis, ³ veluti à facie lepræ vel colubri fugientes, non auderent visitare.

OCCISUS est nobilis vir & potens Dominus David de Berclay miles ⁴ inhumanius & prodiciose, anno Domini ⁵ M.CCC.LI. apud Abirden, nocte carnisprivii, per Johannem de Sancto Michaële & complices suos, ex procuracione, ⁶ ut fertur, Domini Willelmi de Douglas, fratris sui, quem idem David fecit teneri. Porro prædictus Johannes de Sancto Michaële, ac omnes alii fautores sui, qui ejusdem intererant occisioni, non post multum temporis intervallum gladio vindictæ, unus post ⁷ unum, consumpti sunt, nec unus quidem illorum mortem evasit.

OBIT Matildis de Bruyise, foror Domini David regis Scociæ, anno &c. LIII. apud

1. Elongarent, sed hoc *MS. Harl.* 2. Agitabantur denique universi quasi tanto pavore, ut filii parentes, *MS Harl.* 3. Velatu *MS.* 4. Inhumaniter *MS. Harl.* 5. M. CCC. L. *MS Harl.* 6. Ut fertur, Domini Willelmi de Douglas, tunc in Anglia captivi existentis, in ulcionem viz. Johannis de Douglas fratris sui & patris Domini Jacobi de Douglas senioris de Dalketh, quem Johannem idem David fecit interfici apud Horswode. Porro prædictus *MS Harl.* 7. Alium *MS. Harl.*

Abirdene, in festo beatæ Margaretæ virginis, & sepulta est in Dunfermling cum parentibus suis, quæ nupsit cuidam armigero, nomine Thomæ Ysaac, qui genuit ex ea duas filias, quarum major, nomine Johanna, nupsit nobili ac potenti viro Johanni de Lorne, Domino ejusdem, qui procreavit ex ea filios & filias. Minor filia ipsius Matildis, nomine Katerina, apud Strive-ling rebus exempta est ab humanis.

MENSE² Augusti eodem anno occisus est Dominus Willelmus de Dowglas, vir sapiens & prudentissimus, in foresta de Etrik, cum venatum transfret, à nullo hominum suspicatus, per Willelmum de Douglas, Dominum ejusdem. Sed postea comes ejusdem Domini, datus sibi aliis terris à Domino rege, est appellatus. In vindictam viz. mortis Alexandri de Ramfay & Domini David de Berclay, necnon propter alias inimicicias & causas quamplures, ran-

1. Mensis *MS.* 2. Augusti ejusdem anni occisus est nobilis Willelmus de Douglas de Liddalsdale, vir strenuus in armis, qui multa passus fuit pro libertate regni, gnarus in guerris, & fidus in promissis, flagellum Anglorum & Scotorum murus. Occisus est autem in foresta de Etrike apud Galuord, cum venatum transfret, non minus crudeliter quam infelicer, per consanguineum suum & filium spiritualem Willelmum de Douglas, Dominum & postea Comitem ejusdem, quem de sacro fonte levavit idem de Douglas de Liddalsdale. In vindictam, ut dicitur, mortis nobilis Alexandri de Ramfey & Domini David de Berclay, sive propter alias inimicicias, quas inter illos ambicio dominandi peperit, extinctus est. *MS. Harl.*

coresque diversos, quas inter illos affectus dominandi excitabat, extinctus est, cujus corpus apud Melrose requiescit.

ANNO Domini M. CCC. LV. post festum Paschæ, venit ¹ quidam nobilis persona & expertus, armis strenuus, miles acerimus, nomine Eugenius de Garenceris, cum quibusdam militibus prædilectis, & armigeris valentibus & famosis, numero LX. missus à rege & consilio
 Fol. 55. b. Franciæ ad custodem & nobiles Scociæ, non manu vacua, sed auri pondo ingenti copia, eidem custodi & regni proceribus, ex parte regis Domini sui, liberaliter conferenda; ita tamen quod ipsi Scoti pacem cum Anglicis non tenerent, vel aliquo modo concordarent, ymmo fortius debellarent. Quod utique erat expeditum, & finaliter promissum, per regem, primores, per diversos tractatus & consilia, in diversis locis celebrata, antequam prædictum aurum in
 Nota. Flandria dimissum, veniret ad partes Scociæ, ac Scoti, qui crebro per denarium amittunt solidum, auri cupiditate seducti Angliam debellare promiserunt. Sed postea in effectu modicum quid dignum memoria perfecerunt. Acceptum igitur à Gallicis aurum prædictum majores regni inter ipsos diviserunt, & alios mediocres

1. Quidam miles nobilis & expertus armis, nomine Egidius de Garenceris, cum quibusdam militibus prædilectis & valentibus armigeris, numero LX. missus *MS. Harl.*

dimiserunt inanes, pro qua sponfione & auri aviditate destructio Laudoniæ paulo post secuta est per regem Angliæ.

EODEM anno, mense Augusti, comes Marchiæ & Dominus de ¹ Douglas Willelmus, prædacionem terrarum dicti comitis, nuper per Anglicos ² perpetratam, graviter ferentes, miserunt quemdam strenuum, actibus probatum, Dominum de Ramsay, militem, cum pluribus, ad marchias, ad prædandam villam de Norhame, totamque terram circumjacentem & inhabitantes eam, quod & factum est. Cumque hostes eum acriter insequerentur, prout valuit, paululum subsistebat. Sed statim quasi fugam simulando usque ad locum quemdam, qui Nesbet dicitur, (ibidem Dominum de Douglas supradictum cum Scotis & Gallicis bene noverat latitantem, & rei exitum præstolantem,) ex industria & conducto protrahebat. Et ocius, montis latere inter ipsum & hostes interjecto, ad Scotos pervenit, bonum portans nuncium de adventu Anglicorum. Qui de sedibus suis exsurgentes, obviam illis hilariter properarunt, de quorum inopinata visione Anglici stupefacti, signa vexillaque Domini prædicti optime cognoscentes, & jam fugere cum honore non valentes, animas suas in propriis manibus committebant, ³ Scotos viriliter debellando; & quo-

1. Doulgas *MS.* 2. Perpetrata *MS.* 3. Scotis viriliter resistentes; & quon. *MS. Harl.* niam

Johannis de Fordun

niam necesse est ut fortes à forcioribus superentur, ac pars infirmior supplantetur, Scoti, Deo gracias, adversus eos prævalebant, subactis omnibus ac prostratis, paucis ¹ quidam interfectis, reliqui sani, præter paucos, qui ² fugerunt, ducti sunt captivi, & per diversa loca arcus custoditi, postmodum multo auro & argento ac rebus aliis sunt redempti. Quo die cecidit ex parte Scotorum Johannes de Haliburtonne, vir fortis & bellicosus, semper Anglicis valde ³ infestus. Capti sunt autem ex parte altra Dominus Thomas Gray, miles nobilis, cum Thoma filio suo & herede, & unus armiger fortis & famosus, nomine Jacobus Darras, ⁴ cum aliis pluribus nobilibus Anglicis valentibus."

Fol. 56. a.

EODEM anno Thomas Seuer, comes Angulsiæ, circa festum Omnium Sanctorum, diutina imaginacione præhabita, ac per diversos portus Scociæ navium conducta multitudine, in brachio potenti, ac robustorum vallatus caterva, navali vehiculo secum subvecta, sub quodam noctis silencio, prout inter ipsum & comitem Marchiæ erat ⁵ conductum, ad portum Berwici appulerunt. qui exiuntes clam de navibus ad terram pervenerunt, scalas secum portantes, ad

1. *F.* quidem. 2. Fugierunt *MS.* 3. Infestus, necnon valens armiger Johannes Turnebule. Capti *MS. Harl.* 4. Cum aliis pluribus valentibus armigeris. *MS. Harl.* 5. Condictum *MS. Harl.*

hoc negocium præparatas, & excubantes sub muris ¹ civitatis, tempus congruum faciendi ad quod venerant expectabant, & ita ² crepusculo diei sequentis super scalas ³ erectas viri virtutis protinus ascendentes, ⁴ urbem viriliter intraverunt, licet murorum vigiles intransibus plurimum ⁵ nocuissent, prostratis omnibus qui præsidium pro urbe ferre conabantur. Omnes ⁶ denique de civitate, de subito adventu gentis Scotorum pavore perterriti, de ⁷ lectis suis furgentes, seipso ultra muros præcipitabant, relictis Scotigenis auro & argento, ac divitiis infinitis; at illi sine misericordia tractabant quæ sibi multo tempore ac labore adversarii congregarunt. Verumtamen Scoti, castrum Berwici fortiter expugnantes, nullatenus capere poterunt.

EODEM anno, mense Februarii, Edwardus III. rex Angliæ, moleste ⁸ ferens ⁹ captam per Scotos villæ Berwici civitatem, timensque, si dimitteret eos sic, tollent ei locum & gentem, quam cicius potuit in remotis agens, ¹⁰ cum

1. Oppidi *MS. Harl.* 2. In diluculo *MS. Harl.* 3. Erectas apud *le cow gate* viri *MS. Harl.* 4. Oppidum *MS. Harl.* 5. Nocuissent, quod eisdem prospere non cessit. Nam ibidem interfectus fuit filius nobilis Roberti de Ogil, cum nonnullis aliis muros defendentibus, & finaliter prostratis omnibus *MS. Harl.* 6. Denique oppidani, de subito *MS. Harl.* 7. Locis *MS. Harl.* 8. Ferens *MS.* 9. Capcionem villæ Berwici, timensque quod, si dimitteret sic Scotos, tollerent sibi locum *MS. Harl.* 10. Dum *MS.*

virtute magna ad marchias usque pervenit, villam eandem obfessus. Quod videntes, & illam defendere non valentes, tum quia pauci erant, tum quia victualia non habebant, tum quia prædicti regis feritatem vehementer formidabant, tum quia succursum à gente sua, propter principum discordiam, ¹ habere se properabant, sapienti usi consilio, & pro illis tunc utiliter ² deliberantes, salvis sibi vita & membris ac rebus omnibus, eidem regi Angliæ villam prædictam reddiderunt, & sic indemnes unusquisque ad propria remeavit.

NEC prætermittendum, ³ quod anno eodem statim in continenti post deliberationem villæ Berwici prædicto regi, apud Roxburghe personaliter existenti, priusquam ulterius in terram Scociæ progredere, Edwardus de Balliolo, tamquam leo rugiens, occurrebat, & vix seipsum præ ira capiens in hæc verba, omni morte acerbiora, prorupit dicens: ⁴ “O! rex
 “& optime princeps, quem præ ceteris mundi
 “mortalibus hiis diebus novi ⁵ potenciosem,
 “causam meam, & omne jus, quod habeo vel
 “habere potero in regno Scociæ, mere, simpliciter & absolute tibi tribuo, ut ulciscaris me
 “de inimicis meis, gente viz. Scotiana, naci-

1. Potius, cum MS. Harl. habere desperabant, sapienti. 2. Sic MS. 3. Quod statim post deliberationem MS. Harl. 4. O! rex præpotentissime princeps, MS. Harl. 5. Excellenciosem MS. Harl.

“one falsissima, quæ me semper abjecerunt, ne
 “regnarem super eos.” In cujus facti ¹ eviden-
 cia coronam regiam, terram & lapides de humo
 Scociæ propria ² manu sibi dicens offerebat.
 “Hæc,” inquit, “omnia, in signum ³ vestituræ,
 “tibi dono. tantum viriliter age, & esto robu-
 “stus, ac regnum, michi olim debitum, tuis
 “⁴ quæras imperpetuum.” Qua in re hoc quo-
 que ⁵ notandum est, quia nichil à se dedit. quia
 nullum jus ab initio ⁶ habuit, tunc in manus al-
 terius resignavit. Fol. 56.b.

ISTO negotio per ordinem, ut præmittitur,
 jam completo, rex præfatus eidem ⁷ Ed-
 wardo, pro tam magnifico & solempni dono,
 suum consanguineum ipsum acclamans, gratias
 reddidit studiose, & inde progrediens, velut
 urfa raptis ⁸ foetibus in saltu sæviens, terram
 Scociæ crudeliter intravit, & usque ad villam
 de Hadingtõne pervenit cum potencia magna
 & majestate, & secuta est eum classis sua. Quo
 ibidem commorante per x. dies, ventus validus
 venit à regione deserti, hoc est, ⁹ ab Aquilone
 pandetur, omne malum irruit in classem suam,
 & ferebantur in profundum. Quibus rex de-

1. Evidenciam *MS. Harl.* 2. Manu offerebat dicens: “Hæc
 omnia *MS Harl.* 3. Vestituræ *MS.* 4. Quæris *MS.* Acqueras
MS. Harl. 5. Nondum *MS.* 6. Potius, cum *MS. Harl.* habuit, &
 si quid habuerat, in manus a. ref. 7. Edwardo de Balliolo, pro
MS. Harl. 8. Foetibus & in saltu *MS. Harl.* 9. Ab Aquilone qui
 ab Aquilone pandetur, *MS. Harl.*

stitit-

Johannis de Fordun

stitutus, cum toto exercitu paulo post panis penuria laborabat, ¹ & inde sua movens castra, combusta prius solempni basilica fratrum minorum cum toto monasterio eorundem, opus utique sumptuosum ² mirique decoris, ac tocius patriæ illius solacium singulare, direxit iter ³ suum Laudoniam, circumquaque omnia devastans, & nichil salvans, usque ad propria sine honore remeavit, non tamen sine dampno suorum ac proprii corporis multo periculo in foresta prope Melrose per ⁴ insidias præparatas. Cujus ⁵ siquidem intencionis & propositi erat, si naves ⁶ suæ cursum prospere direxissent, regnum Scociæ procul & prope demollire ac perdere, ymmo funditus devastari. Cujus rei effectum distulit Deus in longinquum. Quod utique tunc, secundum judicium humanum, facere potuisset, nisi miserorum remedium mater & virgo genti Scotorum in hoc casu subvenisset. Nam eodem rege adhuc apud Hadingtonne existente, & Scotorum sanguinem sine intermissione ⁷ faciente, fons & origo pietatis, virgo beata, à filio suo, qui dixit, *Sine me nichil potestis facere*, illius venti violenciam ac aëris inclemenciam piis precibus procuravit, ut naves, abinvicem separatae, ultra aquam de Forth pedem movere non ⁸ valerent. ⁹ Qui continuo

1. Et in sua moriens castra *MS. Sed, ut nos, in Cod. Harl.* 2. Mirique *MS.* 3. Suum per Laudoniam *MS. Harl.* 4. Insidias ante à Scotis præparatas *MS. Harl.* 5. Profecto pro siquidem in *MS. Harl.* 6. Suum *MS. Harl.* 7. Sciciente *MS.* 8. Valeret *MS.* 9. *F. quæ.*
inter

inter marinos fluctus & æquorum procellas ja-
ctabantur, ut plures ex ipsis vivorum obtutibus
usque in præsens non ¹ petebant. Etenim
paulo ante quidam ² piratæ filii Belial, exeuntes
de navibus, irruentes in albam ecclesiam ejus-
dem virginis, juxta mare situatam, ipsius yma-
ginem, quam nullus hominum impiorum in
malo tetigerat, annulis aureis, monilibus & ar-
millis, aliisque ornamentis decoratam, quæ fide-
lium oblacione ipsa decenter gestabat, Deum
præ oculis non habentes, ac propriæ salutis im-
memores, timore remoto, spoliantes, duos eci-
am canonicos domus Sanctæ crucis, qui ad cu-
stodiam illius capellæ nuper fuerant deputati, *Fol. 57.a.*
ad rates suas secum traxerunt ³ vinculos, ab-
latis bonis omnibus quæ in capella ⁴ repere-
runt. Quod ipsis in prosperum non cessit. Igi-
tur non multum post fragor & tempestas præ-
locuta in vindictam hujus rei ⁵ sequebantur, &
navis, quæ execrandam rapinam perpetravit, &
illius nautæ, qui ausi sunt manum mittere in
mundi Dominam, in profundi gurgitibus, multis
intuentibus, sunt submersi. Dicti autem cano-
nici paulo ante nutu divino ad alias naves sunt
translati, & sic à diræ Caribdis voragine, Do-
mina succurrente, sunt erepti, & ad locum ha-
bitacionis suæ libere transire sunt permisi.
Illud miraculum Deus Omnipotens precibus

¹. *F.* patebant. ². *Pirratæ MS.* ³. *Vinculotas MS.* ⁴. *Repe-
rierunt MS.* ⁵. *Sequibatur MS.*

suæ matris pro salute gentis Scotorum tempore illo dignabatur monstrare.

REX Franciæ, Johannes nomine, audiens ¹ Edwardi quartum filium & heredem regis ² Angliæ in manu forti ac robusta fines regni sui hostiliter intrasse, viz. anno Domini M. CCC. LVI. ad ipsum expugnandum, ac totam terram Galliæ suæ potestati & imperio subjugandum, collegit ex omni parte regni sui, regionibusque aliis, quæ suæ ³ dicioni subjacebant, exercitum copiosum ac populos infinitos, inter quos gratis venit quidam nobilis & potens Willemus de Douglas, ⁴ Dominus ejusdem, natione Scotus, præfato regi Franciæ auxilium præstiturus, plures de Scocia fortes viribus, armis instructos, ac proelio doctos, secum ducens. Quem idem rex cum multis aliis ante congressum pugnæ cingulo militari & ordine honorabiliter sublimavit. ⁵ Quod plura hostes suos, terram Galliæ deprædantes, rex cum suis diversa loca insecutus est usque ad locum quemdam, ⁶ qui Poytiris dicitur, perveniret, qui, fixis ibidem tentoriis, adversarios ex adverso positos ne fugerent observans, aliquamdiu morabatur. Tan-

¹ Edwardum *MS. Harl.* ² Angliæ, ac principem Walliæ, in manu *MS. Harl.* ³ Dicione *MS.* ⁴ Dominus ac postea comes ejusdem, *MS. Harl.* ⁵ Interea prædictus rex cum suis præfatum principem cum sibi adhærentibus, patriam suam deprædantem, per diversa loca insecutus, quousque ad Poiteres deveniret, qui *MS. Harl.* ⁶ Que *MS.*

dem princeps Angliæ cum suis, qui, respectu
 1 Francigenarum, paucissimi erant, in arto po-
 situs, ac desperans se posse evadere, necnon
 multitudinem partis adversæ valde pertimescens,
 primo cum Gallicis, qui in aciebus suis stabant
 2 mobiles, congregari aperte non audebant; sed,
 excogitata cautela, ac ingenio subtili, ut 3 illos
 abinvicem separarent, per aliam viam prope
 eos se finxerunt velle revertere in regionem
 suam. Quod cum alii comperissent, & eos fu-
 gere arbitrantur, animo infelici protenus sunt
 divisi, æstimantes illos quasi culicem unum de-
 glutire. Sed, proth! dolor, ipsis divisis patuit
 perditio & confusio magna. Nam Mariscallus
 Franciæ cum multis de 4 militibus Franciæ pu-
 tans se fortiter facturum, per sepes & vineas
 ad Anglicos ardenter erumpens, cum omnibus,
 qui secum venerant, per sagittarios & alios ar-
 tis bellicæ diros inflictus ibidem devictus oc-
 cubuit. Quo facto, ultra quam credi potest, An-
 gli exillarati, alacriter & intrepide ad locum Fol. 57. b.
 certaminis priorem, ubi rex semper stetit im-
 mobilis, properant, ubi statim inter partes com-
 misso gravi bello, misere Gallici à facie Anglico-
 rum, regi solo in campo remanente (cum Phi-
 lippo 5 quodam parvulo filio suo,) qui sine mora
 ab hostibus comprehensus, ac regalibus spolia-

1. Fuit Francigenarum *MS.* 2. Mobiles *omittit MS. Harl.* 3. Illas
MS. 4. Melioribus pro militibus *in MS. Harl.* 5. Quodam *omittit*
MS. Harl.

Johannis de Fordun

tus, ac post modicum temporis intervallum ad regem Angliæ est transmissus. Homines vero Domini de Douglas, supradicta videntes in proelio, quod factum erat, de medio pugnae Dominum suum rapientes, secum inde ¹ invictum abduxerunt, pluribus de melioribus suis in bello interemptis, captisque aliis & ² redemptione expositis.

REX David Scociæ liberatur à carcere, circa festum beati Michaëlis, anno Domini M. CCC. LVII. qui per ³ duodecem annos in captivitate erat in diversis locis Angliæ arcus custoditus, datis pro redemptione sua c. mille marcarum sterlingorum, ad terminos ⁴ decem annorum, immediate subsequencium, sine fraude persolvendarum, absque aliquo tractatu, homagio, regni demembracione seu subjectione, vel exactione quacumque. Ad securitatem vero illius pecuniæ, regno Angliæ integraliter persolvendæ, dati sunt obsides filii & heredes pene omnium nobilium ac procerum regni Scociæ in manus Anglicorum, necnon alii comites & barones in propriis personis quamplures pro Domino suo diu ⁵ obsides remanserunt. Eodem anno obiit Domina Christiana de Bruyise, soror regis Roberti, nobilissima matrona, in senectute

1. Inimicum adduxerunt *MS.* Sed non aliter ac nos in *Cod. Harl.*

2. Redemptis pro redemptione expositis in *MS. Harl.* 3. Undecium *MS. Harl.* 4. Quatuordecem *MS. Harl.* 5. Obsides *MS.*

bona

bona, & sepulta est in Dunfermling¹ cum parentibus suis ac progenitoribus regibus Scociæ, quorum locus proprius est sepulturæ.

MENSE Septembri, anno &c. LVIII. in vigilia nativitatis beatæ virginis, tanta ac talis inundacio pluvie in partibus Laudoniæ erupit, qualis à tempore Noë usque in præsens in regno Scociæ non evenit, ita ut aquæ intumescentes, & alveos suos ac ripas transgredientes, in agros & villas, urbes, monasteria se diffunderent, ac impetu suo muros lapideos ac pontes fortissimos,² necnon vicos & domos, funditus everterent ac delerent. Præterea quercus excelsas, & arbores robustas, prope flumina situatas, radicitus evulsas, usque ad maris confinia vehemens unda³ protraxit. ⁴ Segetes eciam stipula abscisas, & in loco facionis suæ ad ficcandum expositas, de locis vicinis ac remotis ab usibus hominum dampnabiliter subtraxit.

ANNO &c. LIX. misit David rex Scociæ ambaffatores suos, [viz. Dominum Robertum de Erskin militem, & Normannum de Lesleye armigerum, cum quibusdam aliis viris industribus, ad sedem Apostolicam, ad impe-

1. Cum parentibus & progenitoribus suis, quorum *MS. Harl.*
 2. In vicos *MS.* Sed necnon vicos *Cod. Harl.* 3. Pertraxit *MS. Harl.*
 4. Segites *MS.*

Nota. trandum decimam omnium fructuum ac reddituum totius ecclesiæ Scoticanæ, in subsidium solucionis redemptionis suæ, in qua nuper regi Angliæ fuerat obligatus. Quam petitionem summus pontifex pro tribus annis tantum benigne concessit. Ita tamen, quod idem rex à clero regni sui pro totali redemptione sua non exigeret, aut amplius peteret ab eodem. Nuncios vero prænominati ita liberaliter expediti cum bullis papalibus, clero Scociæ super eodem negotio destinatis, illares ad propria redierunt. Nichilominus tamen hoc adepti, omnes terræ ac temporalitates virorum ecclesiasticorum, quascumque de rege vel aliunde tenebant, cum regni baronibus ac aliis libere tenentibus, nullo privilegio obstante, contribuere compellunt, rege eodem præcipiente, licet super hoc clerus plurimum restitisset.

EODEM anno Edwardus III. rex Angliæ, circa festum beati Michaëlis, cum omni gloria potentia suæ, ac mira multitudine totius Angliæ, regnum Franciæ crudeliter intravit, qui nullo loco aut provinciæ deferens, monasteria eciam eximia, & alia diversi ordinis & religionis loca solemnia, necnon sanctimonialium abbacias, deletis cunctis substantiis super terram, ad interminabilem redigit vastitatem. Contra quem nullus de regno Galliæ ca-

1. *Id est, hilares.* At læti in MS. Harl. 2. *Sic.*

put levare præsumebat, seu aliquo modo repugnare. Sed inoffenso pede in urbes & opida, villas & civitates, strages innumeras exercebat. Et sic, plaga facta magna nimis in populo Dei, usque ad civitatem Parisiensem nobilissimam cum læticia non modica pervenit. at illi de civitate sibi in futurum præcavescentes, cum eodem rege tractabant de pace, & sui regis liberatione. Verum rex prædictus, percipiens maximum commodum sibi & regno suo pro contractu eodem pro perpetuo proventurum, utiliori consilio adquiescens, recessit ab eis, & Angliam petens, sanus rediit sine dampno.

ANNO &c. LX. modico temporis cursu transacto à reddito regis Angliæ de Franciæ regno, omnes majores natu ac totius Galliæ nobiliores, consilio inito, volentes regis sui negocium executioni debitæ demandare, miserunt legatos suos ac nuncios solemnes præfato regi pro sui principis liberatione. At rex supra dictus, vias possibiles ac convenciones utilimas pro suo honore ex parte altra sibi oblatas provide decernens, habito prius cum sapientibus suis diligenti contractu, & deliberatione matura, eisdem nunciis, plenam commissionem habentibus, assensum præbere decrevit, & regem ipsorum datis obsidibus ad propria redire permisit, non tamen sine maxima regni demembracione & bonorum omnium confusione. Fol. 58.b.

1 Nam

¹ Nam pro sua redempcione de terris & dominiis subscriptis, cum multis aliis, ² quas scriptor præsentis cronicæ scire non potuit, regem Angliæ suosque successores investivit & faisivit, ac pro regno Franciæ pro perpetuo alienavit, viz. Gasconiæ cum pertinenciis libere & mere sibi concessit, ac de fidelitate & homagio prius sibi debitis penitus absolvit. Dedit³ enim eidem ducatum de Gyhen, Dominium de⁴ Borry, civitatem de Calice, & civitatem de Gynis, insuper aurum & argentum multum nimis, & thesauros infinitos de⁵ ærario Franciæ sibi largitus est, verumtamen omne jus, quod habuit rex Angliæ sæpedictus, super quo in regno Franciæ laboravit, pro⁶ eo & suis posteris imperpetuum⁷ resignavit.

ANNO Domini M. CCC. LXII. eadem hominum mortalitas similiter per omnia, sicut prius Jubileo, in morbi qualitate & morientium quantitate, in toto regno Scociæ, mirabiliter sæviebat.

1. Pro palca in margine Codicis Galeani à manu antiqua scribitur, perinde ac si omnia ab hac voce usque ad finem sectionis hujus pro palca sint habenda. Qua de causa & hæc à reliquis per signum quoddam sejunxit eadem manus antiqua. 2. Desunt, quas sc. pr. cr. f. non potuit, in MS. Harl. 3. Eciam MS. Harl. 4. Berry MS. Harl. 5. Ærario regis Franciæ, sicut de summa concordatum, extraxit, f. tres miliones, eique largitus est. Verumptamen MS. Harl. 6. Se MS. Harl. 7. Resignavit, ac armis, quibus prius usus est, & quæ sibi, ut verus & legitimus heres & rex Galliæ, de factò assumebat, cum dedecore renunciavit MS. Harl.

EODEM ¹ anno magna sedicio & conspiratio orta fuit & concepta in regno Scotiae per majores & potenciores ejusdem. Nam in unum convenerunt magnates adversus regem dominum suum, & inter se consilium inierunt, ut ipsum super injusta petitione, ut omnibus visum est, eorum ² opinionem aut flecterent aut exularent, & ne quis illorum ab isto proposito resiliret, editae sunt Indenturae, sigillis eorundem hinc inde firmiter roboratae. Verum conceptam prodicionem statim operibus demonstrantes, in manu armata & multitudine gravi se viriliter erexerunt, ut intentum suum vi & metu optinerent. Porro regi adhaerentes, ubicumque locorum erant inventi, capiebant, captosque carceribus mancipabant, in villas & burgos totamque patriam hostiliter irruentes, & spolia populi dividentes, ac mala alia dampnabiliter perpetrantes, ad illum finem, ut rex, tociens compassionis gladio confossus, de plebis miseria condolendo facilius illorum votis, faltem nunciis, condescenderet. Sed rex, excellentiam recognoscens potestatis, manum misit ad forciam, eorum temeritati obviare ³ valens, & sibi praecavens in futurum, ne alias hujusmodi ⁴ insolentia aliis succederet in exemplum, si remaneret impunitum, & tanta strages ulterius invalesceret,

1. A. D. M.CCC.LXIII. contigisse innuit Cod. Harl. 2. Opinioni MS. Harl. 3. Potius, volens, cum MS. Harl. 4. Insolentias MS.

ac rei publicæ status deficere videretur, à quatuor plagis terræ suæ suos ¹ colligit fideles, in stipendiis illorum exposita multa pecunia, ut præsumptionem ipsorum ² fugaret, & consilium dissiparet; prius tamen, juxta consuetam clemenciam suam, edicto publice proclamato, quod ipsi & illorum fautores ab hujusmodi stulticia desisterent ac filerent. Sed ipsos, in obstinatione sua induratos, & facta sua defendentes, insecutus, & viri virtutis, mori citius cupientes, quam videre mala gentis suæ & terræ ³ desolationem, sed adversarii cum rege & suis aperte congregari non audebant, sed missa legacione, postquam perficere quod ⁴ inceperant non valebant, rogabant ea quæ pacis erant, submittentem se & sua pro ⁵ suo placito voluntatis. At ille, ut erat vir mansuetissimus, malens ignoscere quam ulcisci, recepto ab eisdem fidelitatis juramento, ne talia de cetero facere usurparent, vel ulterius comunitas dampna pateretur majora, pro illo tunc sapienti usus ⁶ est consilio, ipsis decrevit indulgere, & sic tribulatio illa quievit.

ANNO sequenti Robertus Stewart, nepos regis David, fecit sibi novam fidelitatem apud Inchemurdach, ut in alio loco forma est.

1. Collegit *MS. Harl.* 2. Frangeret *MS. Harl.* 3. *Rectius cum MS. Harl.* desolationem, arma capescunt, & insurgentibus viriliter obviunt [*l. obviant*] ex adverso. Sed adversarii &c. 4. Inciperant *MS.* 5. *Potius, suæ, cum MS. Harl.* 6. Est omittit *MS. Harl.*

ANNO &c. LXIII. prædictus Dominus David, rex Scociæ, quamdam magnam Dominam, nomine Margareta de Logy, honestis ac nobilibus ortam natalibus de regno suo oriundam, apud Inchmachac duxit uxorem, quam multis terris & possessionibus dotavit, ac¹ regio dyademate fecum regnaturam honorabiliter sublimavit.

ANNO Domini M. CCC. LXX. in festo cathedræ Sancti² Petri obiit David de Bruyise, rex Scociæ, in castro de Edinburghe, & sepultus est in monasterio Sanctæ crucis. Regnavit³ LVIII. annis, sine liberis. Cui successit Robertus Seuer, nepos suus, jure hereditario, intronizatus & coronatus apud Sconam

1. Regia MS. 2. Petre MS. 3. L. XXXIX. cum MS. Harl. Sic enim ibi, inter alia perquam multa, à nobis prætermiſſa: Et sic David regem, regnum suum regifice regentem, casus fatalis præripere legibus præruptis subjecit, & tenuis solucionis anticipans terminum extorsit, heu! debitum ante diem, anno sætatis suæ XLVII. regni vero sui XXXIX. in festo cathedræ Sancti Petri, anno Domini M.CCC.LXX. apud castrum suum de Edenburghe, & sepultus in monasterio Sanctæ crucis ante magnam altare quam honorifice, ut regem decet. At doctissimus Ruddimannus Edinburgensis nobis indicavit, se Davidis hujus chartas viginti vidisse anno regni 41. datas; adeo ut re vera plus quam 39. annis regnarit, id quod jam antea quoque monnerat cl. Rymerus. Quid quod & idem amicissimus Ruddimannus recte docuit, perperam Buchananum asseruisse Davidem decessisse septimo die mensis Maii, anno Salutis humanæ M.CCC.LXX? Februarii nempe viceſimo secundo, anno Salutis humanæ M.CCC.^{LXX}/_{LXXI} dixisse debuit Buchananus, in quem quidem diem incidit festum cathedræ S. Petri.

Johannis de Fordun

in festo Annunciacionis beatæ virginis, eodem anno, qui tunc ætatis fuit.

ANNO Domini M. CCC. LXXIII. obiit Domina Brigitta de Suecia.

ANNO Domini M. CCC. LXXVIII. infra quinque dies ante festum Sancti Andreae Apostoli, captum fuit castrum Berwici nocte per quosdam mediocres, interfectis aulicis eo inventis, infra treugas. Sed cito post recaptum fuit, Scotis in eo existentibus omnibus interfectis. Item idem castrum captum est de nocte per scalas, in mense Decembris, anno &c. LXXXIII. villa & terra fortiter repugnantibus, sed cito post Anglicis deliberatum.

EODEM anno episcopus Glasguensis factus est cardinalis, capillo rubeo missio in Scocia cum bullis papalibus pro ipsius statu; eciam sedis Apostolicæ legatus à latere ordinatus, ad regna Scociæ & Hiberniæ cum plena potestate spiritualiter deputatus.

ANNO Domini M. CCC. LXXXV. circa finem mensis Maii, venerunt Francigenæ in Scociam, ex conducto partis utriusque Franciæ & Scociæ ducentis, & advecti navibus numero integro armatorum mille, & centum,

1. Conducto MS.

quo-

quorum quingenti erant milites, viginti sex banaristæ, unus tantum comes. Istorum capitaneus nobilis & strenuus miles erat Dominus Johannes de Vinea, nacione Burgundus, dictus admiraldus regis Franciæ, ipsisque existentibus per diversa loca in partibus Laudoniæ, quas per tres menses, & laborantibus cum Scotis versus marchias, & fortaliciis quibusdam in Anglia & destructis & reversis ad loca ubi erant prius, circa medium mensis Augusti intravit rex Ricardus nomine, ætate tunc xix. annorum, in multitudine, & progrediendo circumquaque omnia perdens, nichil salvans, templa Dei & loca pia, monasteria viz. Driburghe, Melrose & Newbotill, & nobilem villam de Edinburghe cum ecclesia ejusdem, flammaram incendiis combufferunt. Et destruccione magna in Laudonia facta, redierunt ad propria sine dampno. Et nota, quod rex Franciæ, ultra stipendia soluta admiraldo antedicto, stipendiariis & nautis, misit regi Scociæ & proceribus ejusdem quinquaginta mille Francos, & quater viginti armaturas, cum totidem lanciis ferratis, cum aliis apparaturis multis & preciosis. Circa festum Omnium Sanctorum redierunt Francigenæ ad terram suam, directis sibi navibus pro vectura per regem Franciæ, qui nobiliter egerunt pro posse suo.

1. Quinginti MS.

ANNO

ANNO &c. octogesimo tercio captum est per Scotos, scilicet comitem Willelmum de Douglas & Archibaldum, castrum de Lowmabene & destructum quarto die mensis Februarii.

Exemplar in Cotton:
Bibliotheca non est
perfectum. Hoc lon-
gius isto progreditur
*in margine à manu
rec.*



JOHAN-



JOHANNIS DE FORDUN
SCOTICHRONICI
 CONTINUATIO.
 E WALTERO BOWERO.

*De Ammiraldo Franciæ, & exercitu ejus in Scotia
 contra Anglicos, & captione Berwici.*

CAPITULUM XLVI.



EODEM anno ¹ castrum de
 Barwick denuo captum est de
 nocte, mense Septembris, per
 Scotos, & circa idem tempus
 Papa Gregorius xi. scripsit
 bullam suam Scotiæ, conti-
 nentem in se summam excom-
 municationis rapientium vel usurpantium bona

*1. Scilicet, M. CCC. LXXXV. quum tamen Fordunus ipse docuerit, hoc
 contigisse A. D. M. CCC. LXXXIIII.*

Episco-

Johannis de Fordun

Episcoporum decedentium, prætextu cujuscunque consuetudinis vel corruptelæ. quam vide in fine libri hujus, c. penultimo. Eodem etiam anno Dominus Walterus de Wardlawe, Episcopus Glasguensis, factus est Cardinalis, capillo rubeo sibi à Domino Papa misso cum bullis papalibus, ac etiam sedis Apostolicæ legatus à latere ordinatus, ad regna Scotiæ & Hiberniæ cum plena potestate specialiter deputatus. Quo in tempore Willelmus Comes de Dowglas¹ potentialiter & partim tractatu suscepit totam Tevidaliam ad fidelitatem & pacem regis Scottorum, quæ invariabiliter Anglis adhærebat à bello de Duram usque tunc. Et paulo post eodem anno idem Comes, infirmitate subita tactus, moritur apud castrum suum de Dowglas, & in Melros honorifice sepultus. Cui ad comitatum & hereditatem successit filius ejus Dominus Jacobus de Dowglas, miles acerrimus, & Anglis semper infestus, qui iteratos exercitus duxit in Angliam, comburens & depopulans & omnia usque ad Novum castrum devastans. Quo in anno, s. Domini M. CCC. LXXXV. Rex Franciæ, ultra creditum exhilaratus de felicitibus fortuitis casibus, Scotis contra Anglos contingentibus, ad subsidium & recreationem ipsorum misit strenuissimum suum militem, in armis² expertem, Dominum Johannem Viene, Comitem de Volentinosæ, Ammiraldum Fran-

1. Potencialiter partim suscepit *MS. Harl.* 2. *L.* expertum.

ciæ, Burgundiæ nationis, cum duobus millibus armatorum proborum, de quibus octingenti milites, quorum banrati erant & vexilla levantes centum octoginta. De quibus viginti sex Barones, & ¹ Proceres ducenti Albalastrarii, cum aliis valentibus armigeris & bellatoribus ducentis & quadraginta advecti navibus. Quibus in mense Maio apud Dunbar & Leth applicantibus, terram Laudoniæ petiere, ubi magnatibus & defensoribus regni propter hoc, de consensu Regis, apud Edynburgh congregatis, obtulit, ex parte & donativis Regis Franciæ, quadraginta paria ² armorum sive armaturas, cum totidem lanceis, & aliis apparatusis diversis placentibus & pretiosis, una cum quinquaginta milibus Francorum aureorum, ultra stipendia & victualia ³ soluta & data stipendiariis & nautis. Is igitur Ammiraldus in comitiva Comitis de Dowglas quasi continue cum suis residens & laborans, exercitus diversis vicibus ducebant in Angliam. Qui tria municipia arte & ingenio Francorum, viz. Werk, Ford & Corval, super Marchiam Angliæ consistentia, interim manu forti ceperunt, & ad terram profraverunt. De hinc Ammiraldus cum suis Francis Archibaldum Dominum de Dowglas, Dominum Galwidæ & Gardianum Westmarchæ, adiit, & cum eodem Angliam hostiliter cum magna

1. Præter eos *pro* Proceres in *MS. Harl.* 2. Armatorum *MS. Harl.* 3. Solita *MS. Harl.*

potentia intraverunt, ubique quo appropinquabant vastantes, & sine resistantia Anglorum depopulantes. Tandem in revertendo ad oppidum de Carlele divertentes, ad ipsum expugnandum machinas exposuerunt. Sed in se reversi, & propositum mutati, ne viz videretur Ammiraldus liegios Regis Franciæ periculo supponere, habenas retorserunt, & ab hinc revertentes, & totam juventutem ac florem militiæ regni ad 40000. congregantes, ad obsidendum castrum de Roxburghe unanimiter confluxerunt. Quorum Capitaneus fuit Dominus Robertus Stewart filius Regis ac Comes de Fiffe, habens secum Comitones Comites de Dowglas & Marchiæ, Archibaldum de Dowglas, & alios prudentes Proceres & Satrapas animosos. Inter quos quæstio exoritur solvenda de difficili, viz. si Castrum industria Francorum acquiratur, an perpetuo debeat Regi Francorum & usibus suis converti? Sed propter hujusmodi quæstionem infecto negotio ab invicem recesserunt, quia Magnates Scotiæ hujusmodi petitioni nullatenus consentire, nec Franci aliter laborare decreverunt.

*Quomodo Rex Ricardus secundus intravit hostiliter
Scotiam, & combussit monasteria.*

CAPITULUM XLVII.

FRANCI sic per tres menses egregie cum principibus & proceribus Scotiæ, circa guericam Expeditionem laborantibus, eorum exhaustis marsupiiis, circa festum Omnium Sanctorum, ascensis navibus, Gallias petierunt. Eodem anno, & paulo ante, circa festum Sancti Laurentii, rex Angliæ Ricardus II^{us}. ægre ferens, Scotos & Francos terram suam tam atrociter deprædari, & municipia sua affilire & ad terram prostrernere, exercitum collegit grandem, & intravit Scotiam, ætate tunc XIX. annorum, in multitudine superba progrediens, omnia circumquaque perdens & nihil salvans, templa Dei, & Sanctuaria religiosorum, monasteria viz. Driburth, Melros & Newbotil, ac nobilem villam regiam de Edenburgh cum ecclesia Sancti Egidii ejusdem voraci flamma incineravit; & destructione permaxima facta per eum in Laudonia, ad propria sine damno repatriavit. Eodem anno, ego ipse, qui hæc compegi, qui in primis quinque libris intitulus sum scriptor, de utero matris natus sum in mundo. Mirandum in modum est, qualemcunque regem Christianum velle de facili consen-

1. *Deest & in MS. Harl.*

tire ad succendendum quæcunque Christianorum hospitia, multo minus hospitia & sanctuaria ipsius Dei, & hoc propter diversa. Primo, quia hoc est peccatum diabolicum. Diabolus enim in inferno igne impugnat animas, sic faciunt incendiarii in mundo. Et ideo multum verendum est, ut, cum tales affimulentur Diabolo in facto, quod associentur eidem in tormento. Multum degravat regem talia pati fieri vel percipere. quia quanto excellentior persona, tanto vilior censetur, si suscitet incendia. quia, cum sufflatores ignis in servitio hominum sint elixæ & scutellarii, sufflatores ignis in servitio Dæmonum quomodo non erunt viles personæ? Unde ad id deventum est, ut ipse idem rex Ricardus II^{us}. qui olim in florenti majestate sua, stipatus turmis militum & multitudine clientum, Solomoni magno in expensis æquiparabatur, tandem, carceres evadens, insulas Scotiæ petens, cognitus est à quodam fatuo, qui in sua curia ante hoc educatus fuerat, & inventus in culina tanquam vilis elixa Domini Donaldi Domini insularum. Secundo, illud peccatum multum impedit à salute autorem suum, propter restitutionem rei incensæ, quam oportet facere, & propter maledictiones quæ fiunt ei, quando pauper homo incensus habet aliquem defectum occasione illius incendii. ut pote videt parvulos suos lugentes in alieno hospitio, ipse male-

dicit ei, qui domum suam combuffit, quæ maledictio defert incendiarium in ignem æternum, nisi condigna pœnitentia & restitutione præmissa relevetur: quia sacræ Scripturæ credendum est, ubi dicitur: *Maledicentis tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio. exaudiet autem eum qui fecit illum.* Ad idem 35. ¹ ejusdem: *Deprecationem læsi exaudiet Dominus. Non despiciet preces pupilli, nec viduam si effundat gemitus loquelam. Nonne lacrimæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio earum super ducentem eas? A maxilla enim ascendunt usque ad cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.* Combuffisset præterea rex Ricardus honorabile monasterium Sanctæ crucis, si non fuisset sibi dissuasum per suum patrum, Dominum ducem Lancastriæ, qui in eo ante refugium necessitatus adinvenit, dum ² rusticorum, ut prædicatur, ferocitatem declinavit.

Ecclesiastici 4.

*De quadam antiqua carta, & probitate Domini
Willelmi Douglas de Nyddisdale.*

CAPITULUM XLVIII.

POST reditum itaque regis Ricardi ad Angliam, Dominus Robertus Stewart, regis secundogenitus ac comes de Fyffe, congregavit

¹. *Deest* ejusdem in MS. Harl. ². Rusticorum intelligit dominatum ac ferociam sub rebelli insigni, Jack Straw vocato, de quo egit Boverus in cap. XLIII. hujus libri XIV. At omnia quæ ea de re adduxit Boverus, nisi & per plura alia, nos omisimus, utpote ab ipso Forduno (quem puxum putum edendum curavimus, ut in Præfatione innuit) penitus neglecta.

Johannis de Fordun

fibi de electis in universo regno xxx. m. armorum, cum quo erant Domini Jacobus de Douglas comes & Archibaldus de Galweia. Qui Sulweysandis prospere pertranseuntes, inter montana & maritima exercitum caute & quasi imperceptibiliter ducebat usque ad Coker-mowth, per terram fertilem & inhabitatam, per terram fructiferam & locupletam, per terram à diebus Domini Roberti de Brus regis à Scotis invasam & inexpetitam. In quam quidem terram captivos & prædas & spolia per tres dies continuos Scoti colligentes, non fuit inter eos tam invalidus, quin, nisi voluisset, manus bonis opimis replere potuisset. ² unde, inter alia deprædata, ad manus dicti Domini Roberti Capitanei exercitus oblata est ³ una carta antiquissima, magno Sigillo cereo consignata, continens tenorem subsequenter: *I Kyng Adelstan giffs here to Paulan Oddan and Rod-dan, als gud and als fair, as ebyr thai myne war, and thar to wytnes Wald my Wisse.* Unde & ipse postmodum, quando dux erat Albanix & Gubernator Scotix, dum coram eo à contendentibus in judicio prolixiores obligationes vel cartæ legerentur, dicere sic solitus erat: *Credo quod major fides vel fidelitas illis diebus servabatur, quando tam compendiosa scripta fiebant,* (allegata per eundem litera regis Adelstani

Copia
Cartæ.

1. Habitatam *MS. Harl.* 2. Ubi *pro unde in MS. Harl.* 3. Quædam *pro una in MS. Harl.*

præ-

præmissa,) *quam nunc, quando per tam longa scripta, frivolis exceptionibus ac protelatis ambagibus per novos nostros Causidicos, literæ cancellatæ sunt.* Anno Domini M.CCC.LXXXVII. obiit dominus Walterus de Wardelaw, episcopus Glasguensis, cardinalis & legatus. Quo eciam anno obiit Domina Eufemia, filia nobilis & potentis Domini Hugonis comitis Rossensis, regina Scotiæ. Eodem tempore erat dicto Domino Archibaldo de Dowglas filius quidam naturalis, juvenis ætate sed ceteros præcellens probitate, Willelmus nomine, qui indefesse tam per terram quam mare Anglos infestabat. Hic homo niger erat colore, non multum carnosus, sed ossifus, forma giganteus, erectus & procerus, strenuus & affabilis, dulcis & amabilis, liberalis & lætus, fidus & facetus. Hic Anglos undique tam potenter depressit, & timorosos reddidit, ut contra eum, sæpius terram eorum devastantem & infestantem, non auderent duo milia congregati quingentos vix habentem; quia tam vigorosus dicebatur, ut, quemcunque percussione clavæ vel gladii aut pulsu lanceæ attigerat, ad terram mortuus, vel qualicunque armatura suffultus vix semivivus caderet supinatus. Nam cum ipse semel nisi cum pauca familia, de Karlelio incendisset Suburbia, apud antemurale stans solus super pontem elevabilem & tornatilem, de aëribus fabricatum, vix duos pedes in latitudine

1. Deest nisi in MS. Harl.

Johannis de Fordun

continentem, fortissimum pugilem oppidi interfecit, & duos, sibi non impares peroptime armatos, sub pedibus suis clava, quam manu gestabat, contrivit & dejecit, & ad suos, ab hinc procul cum oppidanis rixantes, illæsus accurrit, & ipsis, qui pauci erant respectu Anglorum, eos acriter impugnantium, succursum celerem contulit & solamen. Alio tempore cum octingentis bello plano Anglorum devicit tria milia, quorum ducentis in campo occisis, secum ad Scotiam captivos duxit quingentos.

*De eodem Domino Wilhelmo de Douglas,
desponsato filia regis.*

CAPITULUM XLIX.

IGITUR, propter ipsius ubique prædicabilem probitatem, Dominus rex Scotiæ tradidit sibi in matrimonio Dominam Egidiam filiam suam, juvenularum speciosissimam, & cum eadem sibi & heredibus inter se procreandis dominium de Niddisdale perpetue possidendam. Tam elegantis formæ & præstantissimæ facetiæ fuit hæc Domina, & pro tali in remotis regionibus habita & collaudata, quod Christianissimus rex Franciæ, audita ipsius fama, misit secreto modo Pictorem subtilem ad protrahendam effigiem virginei sui vultus, proponens eam sibi assumere in uxorem. Sed antequam Pictor ad Scotiam pervenit, ab alio suo amatore,

tore, dicto Domino Willelmo Dowglas, præ-
venta fuit, & eidem matrimonialiter copulata,
de qua genuit unicam filiam, quæ nunc super-
est, olim Domino Henrico II. de Sancto Claro,
comiti Orchadiæ, desponsatam. De qua ipse
genuit Willelmum comitem ejusdem, ad huc su-
perstitem, & filios ac filias. Eodem tempore,
viz. anno Domini M. CCC. LXXXVIII. Dominus
Robertus comes de Fife, una cum dicto Do-
mino Archibaldo de Dowglas, ¹ parente istius
Domini Willelmi, congregaverunt exercitum
copiosum, & Angliam hostiliter intraverunt.
Paululum ante hoc, dictus Dominus Willelmus
navigio cum quingentis bellatoribus Hiberniam
adiit, ut ibidem Anglos debellaret, & ad Kar-
lynford, oppidum ² formosissimum & muratum,
anchors fixit, & ad terram descendit, ubi in-
trepide ad unam portam urbis assultum fecit.
At illi, qui deintus erant, sub dolo secum tra-
ctaverunt, ut oppidum asscuraret, & eis pacem
concederet, & propterea certam summam pe-
cuniæ sibi ³ dare polliciti sunt: qui, ut erat gra-
tiosus, de pace composuit, & ab extra ⁴ juxta
maritima circa pecora & victualia ad navigium
fulcienda intentus, vix discipulam oppidanorum
evasus est. Nam ipsi clanculo miserunt nun-
cium ad oppidum de ⁵ Dunbar, non procul ab

1. Patre *MS. Harl.* 2. Firmissimum *MS. Harl.* 3. Dari *MS. Harl.* 4. Circa maritima circa pectora *MS. Harl.* 5. Dundalk *MS. Harl.*

eis, petentes ¹ celerius auxilium sibi exhiberi, promittentes ² per vim Scotos funditus deperire. ³ propterea octingenti equestres armati ⁴ venerunt in craftino ad Kerlynfurd: quibus occurrunt Karlynfordenses populose. Quibus adjunctis, perdere proponunt Scotos, qui numero vix erant ad terram ducenti, quia defectum habuerunt de minutis cimbis & batellis ad transponendum reliquos à navibus, & quod deterius eis contigerat, & hii ducenti in duabus parcellis divisi erant. nam paulo ante misit Ammirallus Dominum Robertum Stewart de Durisder, inclitum militem, cum nonnullis secum ad vicinia deprædanda. De quorum divisione Anglici cum suis Hibernicis Anglicatis informati, diviserunt se in duo. Quorum maxima pars invasit Dowglas, quia plures secum erant, reliqui vero Hiberniensium dictum Dominum Robertum. Sed, ut breviter concludamus, hinc inde taliter decertatum est, ut victoria Scotis cederet, unde villam accipiunt, spolia diripiunt, domos concremant, castrum spoliant, quindecim naves ⁵ Hibernienses, in portu anchoratas, universis bonis villæ onerant. Quibus mirabiliter ditati, cum magna Classe partes proprias petunt, & in redeundo Infulam de Man exspoliant, & in portum de Lochriane in

1. Celeriter *MS. Harl.* 2. Per inde Scotos *MS. Harl.* 3. Propter quod octingenti *MS. Harl.* 4. Venerunt & in *MS. Harl.* 5. Hiberniensium *MS. Harl.*

Galwediam terram Scotiæ repetentes ad votum applicant. Ascensis illico equis dictus Dominus Willelmus, cum valentioribus de suis, Dominos comitem de Fife & patrem suum Archibaldum, eo, tunc cum grandi exercitu in Angliam debacchantes & perendinantes, accersivit: Ubi accolæ & novi hospites Scoti in unum convenientes, & de felicibus alterutrorum successibus jocabundi confabulantes, sic se unanimes continuerunt, donec eadem nocte, vel in crastino nociviora nova¹ eisdem patefiunt.

De Bello de Ottirburne.

CAPITULUM L.

DOMINUS enim Jacobus comes de Douglas promissum, ut quidam volunt, fecerat, ut in illo exercitu comitis de Fife apud Westmarchiam personaliter interesset. Sed, nescio quo consilio, retractus, collectis suis amicis & hominibus, ac ipsis recensitis, inventus est habere 7000. validorum Bellatorum, quorum assistentia confusus, quia alticordis præ ceteris tunc erat, videbatur sibi de facili posse² subigere totas boreales oras Angliæ, & expeditionem versus austrum faciens, exercitum suum duxit inflammando & vastando usque ad Novum Castrum. Ibi enim suum assultum facientes, & cum oppidanis³ manuatim decertantes, lauda-

1. Eis *MS. Harl.* 2. Subicere *MS. Harl.* 3. Manualiter *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

biliter ac viriliter se habuerunt. Infra enim Novum Castrum tota militia Northumbriæ ab urbe Eboracensi ¹ præstolabantur, cum Domino Henrico Percy juniore, filio Henrici comitis Northumbriæ, Henri Hatespur vulgariter nuncupato, acerrimo milite, & ad proelia experto, exploraturi de Scotis evantagium aucupari. Dum vero comes de Dowglas cum suis ² ad patriam propriam repeteret, dictus Henricus Percy explorari fecit exercitum comitis de Fife: sed quia multus erat, convertit se ad exercitum dicti comitis de Dowglas, tunc apud Ottirburne in Riddisdalle castrametatum. ³ Quum nihil mali de inimicis suspicatus ipse comes de Dowglas, cum comitibus Marchiæ & Moraviæ duobus fratribus, & aliis quampluribus militibus & nobilibus, disarmati induerunt se stolis & talaribus robis, in die viz. Sancti Oswaldi coenatum se disponentes. Discumbentibus igitur illis supervenit quidam Scotus, in falerato infidens equo, attonite fatis clamitans omnes ad arma confugere, quia super ⁴ nos, inquit, accelerant inimici. Ad cujus vocem omnes à cœna resurgentes, & ad ⁵ tentionem armorum convolantes, vix se ⁶ simul poterant armis communire. Tam ⁷ concite igitur ad ordinationem Belli Dominus comes de Dowglas se contulit, ut ob-

1. Præstolabatur *MS. Harl.* 2. Deest ad in *MS. Harl.* 3. Qui pro quum in *MS. Harl.* 4. Vos *MS. Harl.* 5. Tuicionem *MS. Harl.* 6. Simpliciter pro simul in *MS. Harl.* 7. Concito *MS. Harl.*

litus est sua propria arma sibi colligare; propter quod de nocte lethaliter vulneratus in facie & cervice nescitur à quibus. unde de mane, proh! dolor, mortuus est repertus, non relinquens post se heredem de suo corpore procreatum. Cui successit Dominus Archibaldus, Dominus Galwidiaë, ad comitatum de Douglas. Dominus etiam Johannes de Dunbar, comes de Moravia, propter subitationem belli, oblitus est Cassidis suæ. Dominus¹ itaque Henricus Percy, decem milibus armatorum constipatus, exercitum suum in duo partitus est. Uni parti præfuit ipse, & Dominus Radulphus frater ejus; alteram partem commisit Dominis Mauricio² de Redmane & Roberto Ogyl militibus, ad subvertendum pavilleones & tentoria, ipse vero ad Campum festinavit. Clamore igitur adventus Anglicorum inter Scotos adaucto, Scotigenarum communitas fugam arripuit, quam acrius infecuti sunt Redmane & Ogyl.³ At ubi pars Percy attendit Scotos fugientes, & in visibus fugæ quamplurimum delectaretur, putans se sine resistantia victoriam obtinere, comes de Douglas cum suis equos ascensi, inter fruteceta & dumeta contacti, & ad campum properantes, per aliquod tempus ab Anglis invisī, tandem subito juxta aciem Anglorum prorumpentes, cum duodecim vexillis oppansis, &

1. Utique *pro* itaque in *MS. Harl.* 2. De *omittit MS. Harl.* 3. *Ac MS. Harl.*

Johannis de Fordun

ad Solis reverberationem fulgentibus, paulo ante ejusdem occasum ab equis descendentes, Anglos imperterriti petierunt. At illi viriliter ex adverso, ter plures Scotis numero, lanceis se mutuo impetunt, & alterutros compungere nituntur.

De victoria Scotorum habita super Anglos.

CAPITULUM LI.

DUM igitur configere inceperant, subito quidam probatissimus miles validus & robustus, Johannes Swinton, Scotus, ab ala aciei exfiliens, &, cum alterutra pars sese lanceis impeterent, ipse lateraliter ab utraque parte modicum secedens, diram lanceam & oblongam cum vigore elevans, capita ferrata multarum lancearum Anglorum ex transverso concutiens, ad unumquemque ictum terræ prostravit. Propter quod Scoti primo Anglos suis lanceis penetrantes, vi valida coactos retrocedere compulerunt. Cum itaque aliquantisper decertatum fuisset, Angli mox terga dederunt; ubi per totam illam noctem Scoti cedentes, & inimicos persequentes ac captivos capientes, captus est Anglorum armiductor Henricus Hatepur, cum dicto fratre suo. Itaque quotquot sine præsidio fugæ non occisi à Scotis vinciuntur, & captivi Scotiæ abducuntur, in tanta copia, ut captivi captivantes numero excederent. Occisi autem

autem ex parte Anglorum mille & quingenti ab Anglis numerantur: plures etiam ex parte Scotorum occubuerunt. Inter quos nobilis comes de Dowglas, & duo milites, viz. Robertus Hert & Johannes de Turribus, occisi sunt, & Dominus Willelmus de Londi ejusdem letaliter vulneratus in facie querella in festo frequenti animarum fatis cessit. In crastino vero Sancti Oswaldi ista nova aures comitis de Fife & exercitus sui aggravaverunt, potissime de morte comitis de Dowglas. Sed de victoria Scotis concessa alacres effecti, gloriose ad propria reversi sunt. Sed quia venerabilis vir magister Thomas de Barry, Scotus, Canonicus Glasguensis, primus Præpositus de Bothvile, de hoc bello fatis diserte & metricè carmina compegit, ne tam excellens opus evanescat, dignum duxi ipsum præsentibus scriptis commendare, cujus Prologus sequitur.

CAPITULUM LII.

De quodam metro hujus belli.

M^{USA} refer fatum præscriptum carmine
vatum,

Principians gratum frangere¹ sorte statum.

Temporibus primis, proborum corpora limis

Condebant imis prælia dura nimis.

Sed lacrimor ludens, nova bellica Carmina cudens,

Mixtim concludens, metrificare studens.

1. Forte MS. Harl.

Johannis de Fordun

*Schismata regnorum lacrimalia belligerorum
Deflens, binorum cano carmina mixta dolorum.*

*Insula jam Britonum duo continet optima regna,
Pacis quodque bonum quibus exulat arte maligna.
Ex omni parte sunt corpora diruta Marte.
Hic Pax vi cœtæ non fit, nec qualibet arte.
Hic pereunt gentes: hic succubere potentes:
Hic cives flentes plangunt & rure manentes.
Hic sunt algentes brumali tempore dentes.
Concutiunt mentes, trepidant sine fine dolentes.
Hic Pater & Natus simul occidit ense necatus.
Iste cruentatus ruit, hic perit incineratus:
Isteque prædatus, hic exulat, hic spoliatus:
Alterque ditatus, luget alter pulvere stratus.
Anglos Scotigenæ gladiatorum cuspide frangunt.
Scotos Angligenæ flammaram caumate tangunt.
Quid facio? taceo: mala tot per regna diescunt.
Me quatio. Ratio perit. Heu! guerra juvenescunt!
Gentes gaudentes victrices glorificantur:
Flentes, plangentes, devicti subpeditantur.
Quos angit, frangit illos nova guerra patenter:
Hos tangit, plangit bellum campestre recenter.
Ottirburnense bellum novitate recense.
Augusti mense gens plurima corruiit ense.
Vates linguosi trutinantes carmine fata,
Quæ cano bella data,¹ darent essent fabulosi.
Quinta dies mensis fuerat, qua Mercurialis
Agminibus densis mors imperat exitialis.*

1. Dant esse fabulosi *ant.* Harl.

*Annis millenis centum¹ quater, hinc duodenis
Exceptis plenis, miscentur gaudia threnis.*

Explicit Prologus. Incipit bellum.

CUM Sol retrogradus, radiante calore, Leonem
² Induit, hincque gradus sub Virgine dans stationem,
Atque Gigas luxque fuerat Cancro dominante,
Diminuens Pigmæus adest hoc tempore stante
³ Magno proborum tunc damno belligerorum.
Per patrias horum superant nocumenta priorum.
Integer exercitus Scotorum heu! separatur,
Dum sunt dispersi, sua virtus debilitatur.
Maxima pars occidentem vastando peragrat:
Sed minor intrat orientem, ⁴ sic undique flagrat.
Unanimus ferit hic cuneus quos lædere temptat.
Caumate quos vastat hic facit exiguos.
Hic Jacobus fuit, at Georgius inde Johannes:
De Douglas, Dunbar comites & Moraviensis.
Hunc cor exhilarat & fulgida stella decorat.
Hunc Leo fortificat, Rosa circumstans & honorat.
Lilia translata tria pulvinaria lata.
Primitus arma data ⁵ stant Moraviensia grata.
Scotica ⁶ turba recedit, consona semper obedit.
Hiis tribus haud ibi redit quin multos male lædit.
Usq; Novum macerant Castrum, patrias peragrando.
Tecta, domos lacerant, Patriotas damnificando.
Hic patet in portis geminando pericula mortis,
In fortem fortis feriens utriusque Cohortis.

1. Quatuor MS. Harl. 2. Induitque, hinc gradus MS. Harl.
3. Magna pr. tunc dominorum belligerorum MS. Harl. 4. Deest
sic in MS. Harl. 5. Sunt MS. Harl. 6. Turma MS. Harl.

De insultu Novi Castris per Scotos.

JAM fragor Armorum Scotorum mœnia sternit.
 Cernit & hic pugiles agiles, dum buccina clangit.
 Frangit turma fores, modo res arctissima crescit.
 Fervescit parvis armis gens improba Scota,
 Mota sed Anglorum lorum plebs laxat abunde.
 Unde fit insultus stultus, probitate rependens
 Defendens muros duros gladius ferit ictus.
 Conflictus fortis partis fit, & hii jaculantur.
 Rixantur, feriunt, pereunt, hastilia stracta,
 Nacta per armatos elatos. Undique turbæ
 Urbe petras jaciunt, faciunt quod machina tensa
 Intensata tenet, donec cum murmure mortem:
 Fortem prosternat, cernat quacunque loquatur.
 Grassatur rixa, confixa Sagitta recedit.
 Cedit pugnantes lassantes intus & extra.
¹ Dextra tædet Martis partis cujusque, sed illa
 De villa revocat vocat, & Scoti retrocedunt.
 Cædunt, decedunt, lædunt & ab urbe recedunt.

Quomodo redierunt Scoti ad propria.

VILLAM linquentes, vexilla parva ferentes
 Splendida, pandentes, redeunt Patriam repe-
 tentes.
 Ad flumen Rede redeutes hii requiescunt,
 Prorsus ab hac ² cæde velle non posse pavefcunt.
 Hinc figunt varia tentoria per canopæa.
 Sed multifaria sunt per campos Pharisæa.

1. Dextera MS. Harl. 2. Ede MS. Harl.

*Hii cœnam præparant, hii papilione quiescunt.
Hii¹ spoliari parant, hii dormire calefcunt.
Exploratores majores sive minores
Nullos ante fores mittunt. Sunt deteriores.
Hiis gestis, pestis nova fulminat. Ecce! proborum
Conveniunt veniunt gens bellica Saxoniorum.
Duxit & instruxit Percy multos probitate
Notos, ignotos, præclaros nobilitate.
Dixit & indixit cordatis prælia dura.
Scivit & ascivit Scotorum bella futura.
Armetis, detis pugnam Scotis, fugitivi,
Sunt timidi, pavidî, capientur carcere vivi.
Et tuti scuti sub tegmine sunt, spatiando.
Cædunt, decedunt propriam Patriam peragrando.
Lassati strati sub papilione quiescunt,
Vitant, dormitant, nichil sub nube timefcunt.
Invigilet, strigilet mannos² quilibet sive lora.
Imponat ponat sua quilibet arma decora.
Et leviter breviter prædones corde sequamur. }
Per dictos victos fugientes nos animamur.
Ridens deridens Scotos, sic corda suorum
Flammat & inflammat, convivas belligerorum,
Dicens indicens, nunc insitis animosi,
Scoti commoti stabunt sine fine jocosî,
Flebit languebit succumbens Anglia tristis.
Fatur & hortatur Anglos sermonibus istis.*

1. F. spoliare. 2. Quisque MS. Harl.

Johannis de Fordun

Quomodo Anglici procedunt ad campum.

A *ARMA* petunt, acies disponunt, bella minantur,
Ad Scotos facies vertentes confœderantur.
Terror non modicus fuit, abfuit omnis amicus.
Presbyter & Laicus¹ fuit Scotigenis inimicus.
Arcitenens arcus tendens non vult fore parcus,
Tela Sagittarum limans ad vulnus amarum.
Jam reputant, Scotis ab eis non longe remotis,
Victos, captivos, redimendos, carcere vivos.
Hic armatorum glomeratur turba virorum,
Illic conventum disponunt arcitenentum.
Sunt pugnaturi cultris gladiisque securi.
Hastas protelant, vexillaque plura revelant.
Et clamans, mille, Percyque² & Georgius ille
Anglia sic pangit, quam magna superbia tangit.
Sed fallit fatum, qui se putat esse probatum.
Quod fortuna levis, sic docet hora brevis.

Quomodo Scoti disponunt se ad bellum.

S *IC* *venientibus atque scientibus agmine Scotis*
Sunt vehementia corda paventia, cognita notis.
Nullaque pausa, non sine causa clamor abundat.
Buccina plangit, quos timor angit virtus inundat,
Arma petentes, cor retinentes,³ hiccine clangor!
Tam subitus fuit hic aditus, pluit undique languor.
Angor adest, quia tempus erat breve vel quasi nullum.
Nec fatur socio quis, nec dux instruit ullum.
Spiritibus tamen inde suis cum corde refertis
Ensisbus instant, hostibus obstant rure repertis.

1. F. fit. 2. Deest & in MS. Harl. 3. Heccine MS. Harl.

Comes de Douglas alloquitur suos.

Alloquitur Douglas lætus ¹ in armis,
Suscitatur in brevibus voce Gigantis,
Consolidans animos commilitonum,
Ut Dux intrepidus intulit ista.
Hostes confluere nonne videtis?
Præcipites veniunt ordine nullo.
Quamvis sint multi, nil timeatis.
Non tenet in multis gloria belli.
Fortiter obstetis hostibus istis,
Et sitis memores jam probitatis.
Fronte prioristas sternite, namque
Si primo titubent, non relevabunt.
Hii veteres ² vestri sunt inimici,
Tollere qui ³ vestra fraude conantur,
Et cupiunt servi ⁴ vos juga ferre
Et ⁴ vos cum ⁵ vestris adnihilare.
Insuper Ecclesiæ injuriantur.
Scismatizant Papam. Cognoscere verum
Nolunt, errorem parturientes,
Justitiæque Deo fraudibus obstant.
Hiis causis igitur consideratis,
Bellicis acriter pro patriotis,
Victores eritis, non dubitetis.
Et vobis eveniet vespera felix,
Vosque coronabit gloria belli,
Laus sine fine manens, fama perennis.

Gude
Douglas.

1. Inermes, Sincopat in brevibus MS. Harl. 2. Nostri MS. Harl.
3. Nostra MS. Harl. 4. Nos MS Harl. 5. Nostris MS. Harl.

Johannis de Fordun

*Scribentur cronicis nomina vestra,
 Dulci victorum ¹ stemate compta.
 Hæc ait, & mandat arma parare,
 Pandere vexillum corde choruscum.
 Ad campum properat, quo videt hostes,
 Gaudia prætendens ² militibus altis.
 Quæ nisi sic lætus hos animasset,
 Plures retrogradi forte fuissent.
 Idcirco studuit bella movere,
 Et properat citius ne respiscant.
 Hortatur proprii quisquis honoris
 Sit memor, & pugnet cum pede fixo.
 Jam peditant Proceres, sed ³ primus ipse.
 Ad loca conflictus progrediuntur.*

Huc usque ammonicio. Sequitur bellum.

NEC tamen aggreditur, nisi quos audacia tangit,
 Aut honor armorum, vel quos verecundia fran-
 Maxima disparitas fuit hîc per prælia facta. [git.
 Nulla fuit paritas, nec concordantia pacta.
 Angli millenis armatis congregiuntur.
 Scoti centenis & inermibus inficiuntur.
 Angli concordēs capiunt proposita fixa.
 Scoti discordēs variant, sed non sine rixa.
 Componunt ludos Scoti varios spātiantes.
 Ut perimant nudos Angli sunt insidiantes.
 Angli descensum montis consulti lucrantur.
 Dum petit ascensum gens Scotica, debilitantur.

1. Scemate MS. Harl. 2. Vultibus MS. Harl. 3. Prius MS Harl.

¹ Hii pede firmato pedetentim progrediuntur :

Gurgite lutato per aquosa sed hii gradiuntur.

Anglicus iste capit spatium socios animandi.

² Parum in arte sapit Scotus pugiles recreandi.

In propriis fuit Anglica gens, sic corde levata

Magnanimos reputant minimos per tecta locata.

Fam prope tendunt, aëra fundunt, praelia prægnant.

³ Hii gladiantes, hii vigilantes undique regnant.

Ipsum bellum.

SOL, radiorum lumina condens, Antipodes petit,
Hesperus instat.

Et moritur pereunte die lux, tunc acies hæ congregi-
untur.

Fam furit ensis, lancea & ruptus, & cadit aggere fracta
securis.

Miles & armiger hîc cadit, bæccine turma moritur
multa prohorum.

Moraviensis miles in armis fronte præambula hosti-
bus obstat.

Poplite fixo, vertice nudo, certat Achilli vincere cam-
pum.

Armipotentes, arcitenentes morte ruentes ⁵ hii peri-
erunt.

⁶ Hii meliores & probiores, arte priores succubuerunt.

Vulnera grandia sunt data, saucia corpora florida
⁷ continebantur.

1. Hîc MS. Harl. 2. Rarus in MS. Harl. 3. Hîc gladiantes,
hîc jugulantes undique MS. Harl. 4. Rumpitur MS. Harl. 5. Hîc
MS. Harl. 6. Hîc MS. Harl. 7. Contenebrantur MS. Harl.

Johannis de Fordun

¹ *Interimit, jacet & ferit, hic rapit, occipit, artus,
brachia, crura,*

*Colla tumentia, corda valentia sic patientia² concu-
tiuntur.*

³ *Fortuito sed agente Deo cessit subito victoria Scotis.
Miles honorum sic memor horum quos solet omnis vi-
ctor habetur,*

*Pellitur illac, sternitur istac, quisque retrogradus or-
dine verso.*

*Hic feritur feriens, ferit & perit iste, moritur san-
guine fuso.*

*Hic rapitur rapiens rapit, hic capitur capiens, sic
fors variatur.*

*Hic capit armiger, ense retruditur miles & omnis
surgit utroque.*

*Surgit & occidit, est variabilis ars tenebrescens sorte
sororum.*

*Nam levat istum, sternit & illum, ridet & angit, pun-
git & ungit.*

*Presbyteri cum cordigeris veniunt patuli, licet ordine
spreto.*

*Ut fatui fatuando ruunt, flens laicis miseri peri-
muntur.*

*Anglicolarum cor⁴ sic amarum terga dederunt & re-
trocedunt.*

1. Interiunt, jacet *MS. Harl.* 2. Conquaciuntur *MS. Harl.*
3. Versus hicc inferius collocatur in *MS. Harl.* videlicet mox post versum
istum, Ut fatui fatuando &c. 4. Fit *MS. Harl.*

De fuga Anglorum.

JAM furor ignescit, gladiis feriunt ferientem:
 Et fuga fervescit, vinclis capiunt capientem.
 Lumina nox vestit, per quam rapiunt rapientem.
 Maxima nam crescit strages, perimit perimentem.
 Gloria splendescit Scotis, reprimunt reprimentem.
 Clamor inardescit docti, sapiens sapientem
 Lancea mordescit, jaculis jaciunt jacentem.
 Plagaque turgescit, hastis quatiunt quatientem.
 Scotia ditefcit, captum redimunt redimentem.
 Vulnere compefcit, dum sic fugiunt fugientem.

Scoti rediunt ad tentoria.

Hostibus afflictis, victis, peditando fugatis,
¹ Conveniunt, redeunt, repetunt sua vi probita-
 Vexillis densis extensis tecta petendo. [tis,
 Anglos ² distribuunt tribuunt suos perimendo.
 Jam nova guerra movet, fovet hos, redeunt trucidando.
 Tecta que per lustra lustra quos inde negando
 Comperit, interimit, reprimit multos fugientes,
 Quosque captivos vivos tenet usque dolentes,
 Vincere se credens, lædens quos lædere possit.
 Nec Anglos victos strictos succumbere noscit.
 Huis tamen auditis, scitis quod improba Scota
 Gens fuerat vidtrix, didtrix sic concio tota.
 Aufugit, & Scoti moti gladiando sequuntur.
 Per noctis tenebras latebras simul ingrediuntur.

1. Unanimes pro conveniunt in MS. Harl. 2. Discernunt nunc
 pro distribuunt tribuunt in MS. Harl.

Johannis de Fordun

Quærent obscuris¹ ruris per stricta latere
 Anglos² in clivis, declinit nocte jacere.
 Anglicus & fatus notus cadit ex propriorum
 Ictibus, & frutices latices petit omnis & horum.
³ Quidam sternuntur, salvantur, & hii capiuntur.
 Quidam prædantur, spoliantur, & hii perimuntur.
 Nocte carent claritatis radiisque, quilibet
 Ferit ense paritatis socium, sed aniliter.
 Fuerant caritatis pugiles juveniliter.
 Sunt austeritatis sed Stemmata vili.
 Quisquis se letum simulans, putat affore letum.
 Sed moriens fretum solvit + discrimine fretum.
 Anglica gens demens ruit hîc, verum quia demens.
 Papa cui Clemens non curavit fore clemens.
 Completur fatum per maxima tempora, fatum
 Quamvis sit latum, tempus tamen est modo latum.
 Anglicus se victum scit, quærens carcere victum.
 At videt ut pictum Scotum fore corpore pictum.

Scoti de mane scrutantur campum.

SOLE sequestrante noctem, tenebrasque fugante,
 Et radios dante lucis, clarescit ut ante,
 Campum scrutantur, defuncti connumerantur.
 Noti rimantur, quo quique suos lachrimantur.
 Inveniunt stratos multos & suppeditatos,
 Multos madatos, omnes ut oves spoliatos.
 Nobilis ille Comes de Douglas ecce moritur.
 Stirps generosa, fomes clarissimus heu! reperitur

1. Euris MS. Harl. 2. Inclinis MS. Harl. 3. Quibus salvuntur, sternuntur, & hii MS. Harl. 4. Destriccio MS. Harl.

Mortuus. ¹ Iste fuit Scotorum vera ² lucerna.
 Hic superando ruit probus ex probitate paterna.
 Miles magnanimus } patriæ pugil hic pretiosus.
 Omnibus unanimes }

Hic victor moritur, res ardua resque stupenda.
 Martyrium patitur pro libertate tuenda.
 Strenuus atque pius Hert miles, in arce robustus,
 Fortis & egregius, est mortuus inde repertus.
 Ecce! Johannes hic de Turribus est jaculatus,
 Miles & est illic de vulnere mortificatus,
 Willelmus gratus de fixo monte, per arva
 Hic moritur stratus, vis non fuerat sua parva.
 Symon & occubuit de Glendonwyn, vir honestus,
 Armiger erubuit, fuerat recedere mæstus.
 Ut mater natum, sic ³ Glenstan ploro pusillum.
 Heu! juvenem gratum mors aspera destruit illum.
⁴ Wederburnensis mortem fleo. Nam velut ensis
 Asper erat, densis ruit ictibus undique tensis.
 Vexillum Comitis Balram ⁵ revelare conatur.
 Post finem litis mortem sibi plaga minatur.
 Multi sunt cæsi, multi sunt carcere capti.
 Multi sunt læsi, de ⁶ perstando minus apti.
 Prenduntur Perci cum fratre suo juniore
 Primævo flore, bellant sed carcere versi.
 Belligeri multi probitatis stemate culti
 Stragibus indulti moriuntur, & inde sepulti.

1. Ille MS. Harl. 2. Lanterna MS. Harl. 3. Gledstan MS. Harl.
 4. Weddinburnensis MS. Harl. 5. Relevare MS. Harl. 6. Præstan-
 do MS. Harl.

Johannis de Fordun

Scribere nescivi quot morte cadunt, sive vivi
 Quot sunt captivi bellantes gurgite rivi.
 Praecones referunt pauci quod agone steterunt,
 Miraque fecerunt, tam pauci praevaluerunt.
 In veterum gestis nunquam reperitur honestis,
 Quod transit pestis, contingere forte potest his.
 Qui permanserunt fortes stabiles in agone,
 Pignus honoris erunt retinentes hac ratione.
 Gloria solennis sit eis, nam fama perennis
 Hic volitat pennis, sua lux, sua laus ciliennis.
¹ Antequam nigretur cronicis victoria detur.
 Publica scribetur, quia scribi digna meretur.
 Hic honor accrescit armis, laus digna diescit.
 Finem laus nescit, victoria tanta patefcit.
 Qui campo cessit, vel qui fugiendo recessit,
 Laus huic sordescit, titubans & honore vilefcit.
 Certat legitime ² nisi quis pugnans in agone,
 Indignus propriae reputabitur esse coronae.
³ Indecorescet fuga, pudeat caput ultra levare.
 Maxima namque ruga sine Principe sic patriare.
 Maximus esse solet pudor intactis fugiendi.
 Nobile cor redolet licet accidit hic remanendi.

De recessu Scotorum ad Scociam.

INDE, Jovis veniente die, pars magna cohortis
 Laesa dolet jam tecta levat per prata retortis
⁴ Cordis cum palis, tuba ⁵ personat, inde recedunt.
 Combustis ⁶ balis se victores simul edunt.

¹ Nuncquam pro antequam in MS. Harl. ². Nequis MS Harl.
³. Indecoresque fugae, MS. Harl. ⁴. Corda MS. Harl. ⁵. Personet
 MS. Harl. ⁶. Valis MS. Harl.

Signifer expandit ¹ vexilla splendida ventis.
Passibus ² pandit lætum cor nobile lentis.
Ducunt captivos plures victoribus arte,
Per vada per clivos hïc dantes vincula parte.
De paucis faciunt aciem, sic progrediuntur,
Nec læsos quatiunt, dum partes ingrediuntur.
Ad proprias partes redeunt per gaudia flentes,
Et Comitibus ³ recolendo ruina tristeque gementes.
³ Hïc ideo metra mixta fleo. victoria gaudet.
Mors Comitibus flentum dare tristia cordibus audet.

Conclusio.

O! Deus istarum miserere potens animarum,
Hïc defunctorum recolens certamen amarum.
Passio mortalis pro libertate realis
Sempiternalis sit plena remissio talis.
O! Rex cunctorum, qui præmia das meritorum,
Prælia Regnorum fac pacificare duorum.
Et mala comprime, bellaque destrue, jurgia dirime,
pax dominetur.
Diva potentia Regna per omnia tempora singula
sanctificetur.
Climatis ast auctor, sit pacis climatis auctor.
Nam pacis factor colitur, pacis quoque fautor.
Rex æternorum bellum pessundato sævum.
Gloria victorum nullum ⁴ peritura per ævum.

1. Vexillula MS. Harl. 2. Recolendoque ruinam MS. Harl.
3. Hæc MS. Harl. 4. Moritura MS. Harl.

Johannis de Fordun

*Quomodo Robertus, comes de Fife, ¹ electus est
Gubernator Scotiæ.*

CAPITULUM LIII.

ANNO Domini M. CCC. LXXXIX. quia Rex, ætate grandævus, impotens erat ad gubernandum, & filius suus primogenitus, Johannes comes de Carrik, ex percussione equi Domini Jacobi ² Dowglas de Dalkeith quasi claudus effectus, consilium trium statuum regni apud Edinburghe convocavit, ubi, de eorum consensu, secundum genitum suum Dominum Robertum, comitem de Fife, custodem regni deputavit, & abhinc, mutato nomine custodis, gubernatorem eum voluit appellari. Ad exequendum ³ igitur officium suum gubernatori jurato, Prælati & Proceres ad sibi in officio assistendum, & fidele consilium perhibendum, jurati sunt. Igitur, post captionem Domini Henrici Hatepur, Anglici, pro guardiano sive custode Marchiarum suarum volentes providere, altisonum Procerem, viz. Erle Marschal, ad hoc officium reddiderunt aptissimum, ut putabant. Qui statim ut nactus est officium, arroganter satis & ⁴ despicialiter allocutus est Marchianos Anglos, exprobrando eos in hoc, quod passi sunt Scotos, semihomines, ut dicebat, super eos

1. Effectus *MS. Harl.* 2. De Douglas *MS. Harl.* 3. Enim pro igitur *in MS. Harl.* 4. Despicabiliter *MS. Harl.*

apud Otirburn victoriam obtinere, cum & ipsi Scotis multo plures fuerant, & etiam super eos improvisos irruerant; & adjecit sic loqui sæpius, quod si possem habere copiam congregandi cum Scotis, etiam si sint duo pro uno, experiri aggrediar eosdem. Quod audiens Scotiae novus gubernator, hujusmodi minas revocavit ad animum, & sub festinatione congregans exercitum, habens secum Dominum Archibaldum comitem de Dowglas & ceteros regni valentiores, partes petiit Anglicanas. Illas præcipue, quo audivit Erle Marschail præsentialiter existere. Qui, de adventu Scotorum prædoctus, ¹ pergrandem collegit exercitum, & quasi gubernatori obviaturus ad planum se contulit; sed, approximante Scotorum universalitate, Erle Marschail statim in quodam arcto loco se ² tute cum suis collocavit. Quod audiens gubernator, illuc cum suis intrepide accessit, mittens sibi nuncium, ut, quod alias voce promiserat, opere tunc compleret. Ad quem sic rursus misit dicens, se nequaquam audere homines Liegios Regis sui, sicut & habuit in mandatis, periculis supponere. Ad hujusmodi responsum moti sunt Scoti ad risum, recolentes illud Æsopi trufantis de quodam jactitante magniloquo & dicentis, *Parturient montes, exivit ridiculus mus.* Gubernator nihilominus cum suis per medietatem diei expectabat cum ve-

1. Prægrandem *MS. Harl.* 2. Deest tute in *MS. Harl.*

xillis displicatis exitum exercitus Anglorum. Cui quia ulterius neque vox erat neque sensus ad votum suum exequendum, Scoti, deprædatis undique locis ad quæ venerant, & pulcherima maneria flamma devastantes, ad propria incolumes properarunt.

De nunciis Regum Franciæ & Angliæ Regi Scotiæ pro treugis capiendis missis.

CAPITULUM LIV.

EODEM anno apud Boloniam super mare inter Francos & Anglos captæ sunt treugæ trium annorum, in quibus regnum Scotiæ comprehensum est, si collibeat. Ad illud concludendum missi sunt in nuncio duo milites Francigenæ, ad audiendum regem Angliæ Ricardum, facere jurare pro observatione treugarum. Quo facto, rex Angliæ cum eis misit suam Ambassatam, Dominum viz. Nicolaum Dogwort, cum alio milite, ad inquirendum voluntatem regis Scotiæ super præmissis. Qui rex cum magnatibus suis repertus est apud Dunfermelyne. Ubi utrique nuncii adierunt primo Dominum Archibaldum comitem de Dowglas, requirentes eum, ut induceret regem ad consentiendum treugis, & apprehendendum fore in iisdem, quos curialiter misit ad gubernatorem. Qui dixit, quod totum negotium pendeat in manu regis. Ad præsentiam igitur regis cum venissent, & de bono

bono pacis cum diu & eleganter perorassent; rex avifatus respondit, se velle consentire hujusmodi treugis ob reverentiam duntaxat, & ad requæstum confœderati sui regis Franciæ. Nuncii igitur, quamplurimum lætificati ¹ de responso regis & consensu ad treugas observandas, liberaliter ab eo dimissi sub festinantia ad propria redierunt. Et sic regno Scotiæ pacato, & in magna tranquillitate constituto, rex pacificus filius pacis Robertus secundus, subita infirmitate præventus, apud castrum suum de Dundonald finem vitæ fortitus est, & in Scona regaliter tumultatus. Obiit autem XIII. Kal. Maii, anno Domini M.CCC.XC. & regnavit annis XIX. & ² XXIII. diebus, cujus anima requiescat cum æterno rege. Reliquit enim Scotiam in maxima libertate & pace opulenta, ita quod nihil in manibus Anglorum proprietatis Scotiæ ab aqua Twede remansit, tribus castris exceptis, viz. Berwick, Jedwod & Roxburgh. Vixit autem annis LXXIV. Junior ³ fuit David avunculo suo septem annis, de quo habentur hæc metra:

*Anno milleno tricenteno nonageno
Obiit Robertus secundus robore fertus.
Annis vicenis regnavit hic minus uno.
L. bis x. quartos ætatis fecerat annos.
Ceteris prælatus in Scona fit tumultatus.*

1. De bono responso *MS. Harl.* 2. 33. *MS. Harl.* 3. Fuit regi David *MS. Harl.*

*Johannis de Fordun**Apud Dundonald mortem subiit naturalem.**Tridecimo Maii Kalendas occubuit Rex.*

Isto eodem anno Dominus Alexander Stewart, comes Buchaniæ, filius dicti regis, combussit ecclesiam cathedralem Moraviæ de Elgine, decus tunc totius Patriæ. Et notandum est, quod ¹ prædictus rex Robertus de Domina Elizabeth, filia ² Domini Adam Mure, genuit tres filios, scil. Johannem, qui postea fuit rex, & Robertum ducem Albaniam, & præmissum Alexandrum comitem Buchaniæ, qui vulgariter dicebatur, Lupus de Badenach. Dehinc desponsavit Dominam Eufemiam ³ filiam Hugonis comitis Ross, de qua genuit Walterum comitem Atholiæ Dominum de Brechyn, & David comitem ⁴ Stratherne. Sed mortua regina Eufemia, desponsavit præmissam Dominam Elizabeth, & sic virtute supervenientis matrimonii secundarum nuptiarum legitimated sunt dicti fratres, Johannes s. Robertus & Alexander, quia, secundum Canones, matrimonium sequens legitimat filios ⁵ natos ante matrimonium, ut C. p^o. &c. *tanta est qui filii sunt legitimi.* Isto anno prodicionaliter interfectus est ab ⁶ Anglis Dominus Willelmus Dowglas miles de Nithdisdale super pontem de Danskyne in Sprusa, qui tunc Ammiraldus electus fuit ducentarum & XL. navium ad op-

1. Dictus *MS. Harl.* 2. Domini *omittit MS. Harl.* 3. Filiam nobilis Domini Hugonis *MS. Harl.* 4. De Stratherne *MS. Harl.* 5. *Deest natos in MS. Harl.* 6. Anglis nobilis Willelmus Douglas de Niddalisdale *MS. Harl.*

pugnan-

pugnandum paganos, qui eo tunc præ ceteris ad mensam honoris magistri de Spruza ab herellis præconizatus est. Dominus de Clifford, invidens probitatibus ejus, mercede conduxit Anglicos ad delendum ejus memoriam de terra. Ob hoc, quod, propter similtates inter eos, nescio qua occasione, exortas, Clifford appellavit ipsum Dominum Willelmum de Duello, & die de se defendendo constituto, interim dictus Dominus Willelmus transtulit se ad Franciam, ad securiora arma sibi componenda. Quo audito, Clifford credidit, dictum Dominum Willelmum subterfugere, ut ad terminum belli constitutum in loco non auderet comparere, & propterea improbe Clifford ipsum scandalizavit. Quod ¹ comperiens Dowglas, conductum petiit & obtinuit, & ad locum & ² terminum constitutos comparuit. Sed & Clifford, excusationibus clamidatus, ob ingentem fortitudinem Dowglas comparere recusavit. Et ab hinc recessit in Spruza dictus Dominus Willelmus, & ibidem ab Anglis circumventus in multitudine extinctus est, ob cujus mortem illud sanctum passagium interceptum est.

1. Comperiens Dominus Willelmus de Douglas *MS. Harl.*
2. Terminos *MS. Harl.*

Epistola comminatoria Turcorum missa Papæ.

CAPITULUM LV.

ANNO Domini M.CCC.LXVI. Epistola extitit Turchorum missa Domino Papæ, insinuans devastacionem Alexandria civitatis, & aliarum multarum insularum per Venetos ipsorum dominio subditarum, quarum caput fuit Petrus rex Cipri. Cujus tenor sequitur. “Morbassanus
 “Hyelen Hyessen Comfrabque Colabius Ing-
 “hesvayth, Imperatores collaterales pugiles in
 “partibus Achaiaë, Domino Magno Sacerdoti
 “Romanorum juxta merita dileccionem. Nu-
 “per auribus nostris innotuit, quod vos, ad
 “preces & postulaciones populi Venetorum, in
 “basilicis vestris publice facitis divulgari, quod
 “quicumque arma sumpserit contra nos & no-
 “stros, suorum in hoc seculo peccatorum remis-
 “sionem accipiet. quod oculata fide concepimus
 “per adventum quorundam peditum crucifixo-
 “rum, qui nuper in Venetorum navigiis
 “transfretarunt. propter quod vehementer cogimur
 “admirari. Quia dato, quod à summo
 “tonante vobis data esset potestas² absolvendi
 “vel ligandi, tamen ad hoc nullatenus procedere deberetis, maxime Italicos, crucis³ cara-

1. Deest hæc Epistola in Apographo, mihi à v. amicis. Rogero Galeo transmissa; omissa nimirum, tanquam à rebus nostris Britannicis aliena.

2. Absolvendi MS. 3. Carectere MS.

“ Etere insignitos, super nos inducere, cum la-
“ tens amor nos incitet ad dileccionem ipso-
“ rum, quia ipsi & ipsorum magnates à Troja-
“ norum sanguine processerunt, quorum autores
“ veraciter scimus Athenorem & Eneyam de
“ magni Priami sanguine fuisse progenitos. Et,
“ secundum permissiones, quas à Diis nostris
“ nostri habuisse noscuntur, Trojam magnam in
“ partibus Asiæ intendimus restaurare, ulciscique
“ sanguinem Hectoris & Ilionis ruinam, nobis
“ omnia Græcorum imperia subjugando, & Deæ
“ nostræ Fortunæ furtum punire in transgres-
“ sorum heredes. Idcirco prudenciam vestram
“ attente requirimus & rogamus, quatinus, epi-
“ grammatibus vestris per terras Italiæ missis,
“ ad instanciam dicti populi Venetorum impo-
“ natis silentium, non provocantes amplius con-
“ tra nos, sub pietatis specie, populum Christi-
“ anum, cum nullam guerram præter crudeli-
“ tatis doctrinam habeamus, &, prout audivi-
“ mus, neminem potestis invite ad crudelita-
“ tem compellere. Cum enim nichil nobis re-
“ ferat, si Christum vestrum colatis, (quia &
“ nos ipsum fuisse verum reputamus prophe-
“ tam,) loca vestra, ubi sanctuaria vestra sunt,
“ per nos minime possidentur, ymmo per po-
“ pulos Judæorum, quos semper exosos habui-
“ mus & habemus. Quia, pro ut in cronicis
“ & antiquis historiis audivimus, ipsi proditorie
“ per invidiam eundem Christum vestrum &
“ pro-

Johannis de Fordun

“prophetam tradiderunt Jerofolimis præfidi
 “Romanorum, quem in crucis ¹ patibulo mori
 “fecit, & populus nofter Turchorum innocens
 “fuit mortis & injurii Chrifti veftri. Si autem
 “lis vel difcordia aliqua orta eft inter nos &
 “populum Venetorum, hoc accidit quia ipfi,
 “nullo jufticiæ muniti colore, neque sub Cæ-
 “faris nomine vel alicujus monarchæ, cui ex
 “lege antiqua temporalia funt conceffa, fed fua
 “temeritate & fuperbia quasdam marinas infu-
 “las, & alia, quæ funt, ut fupra diximus, noftro
 “repromiffa imperio, à nobis tyrannice subju-
 “garunt. Quod tollerare non poffumus, cum
 “fatorum tempus noftre repromiffionis inftet.
 “Idcirco admirari compellimur, cum prædictus
 “Venetorum populus fit alienus à vita & mori-
 “bus Romanorum, quia nec fe fuis vivunt legi-
 “bus, nec viribus continentur, fed fe folos exi-
 “ftimant omnibus circa fe jacentibus populis
 “meliores. Quorum vefanam fuperbiam, cum
 “Dei fummi Jovis auxilio, deducemus ad ter-
 “ram. propter quæ, & alia, poteftis & debetis
 “merito defiftere ab inceptis. Alioquin, fi ab
 “inceptis veftra prudencia non defiftat, cura-
 “bimus, fumpto Domini Argani auxilio, & ali-
 “orum orientalium regum & principum, qui
 “² fimulant fe hodie dormire, quorum muniti
 “præfidio trahemus à finibus acies copiofas,
 “propter quas non folum contra vos & veftros

1. Patubulo *MS.* 2. Similant *MS.*

“ prædictos cruciferos resistemus, sed etiam con-
“ tra Romanorum agmina & Gallicanam mili-
“ ciam ambitione circumflatam ¹ volumus per-
“ tranfire. Sed & septentrionalem plagam, præ-
“ fertim Tholorchiam & Dalmaciam, proponi-
“ mus visitare. Datum anno magni Machometi
“ septingentesimo, cum mirabili modo Calden
“ juxta leges Ermoricas.

*Copia bullæ Gregorii Papæ, excommunicantis omnes
rapientes bona episcoporum decedencium.*

CAPITULUM LVI.

GREGORIUS episcopus, fervus fervorum
Dei, ad futuram rei memoriam. Pasto-
ralis officii debitum, cui, disponente Domino,
præsidemus, exposcit, ut ad ea, per quæ eccle-
siarum ac personarum ecclesiasticarum statui
salubriter consulatur, sollicitis studiis quantum
possumus intendamus. Nuper siquidem rela-
tione fide digna percepimus, quod olim non-
nulli reges Scotiæ, prætextu cujusdam, ut affe-
rebant, consuetudinis, quæ dicenda erat potius
corruptela, omnia res ac bona mobilia, quæ
episcopi dicti regni existentes tempore sui obi-
tus obtinebant seu possidebant, eisdem episco-
pis decedentibus de facto recipientes ac usur-
pantes sibimetipsis ac appropriare temere præ-
sumebant. Et quod, licet olim claræ memoriæ
David rex Scotiæ dum ageret in humanis, pie

1. Nolumus *MS.*

confi-

Johannis de Fordun

considerans, quod hujusmodi consuetudo abusive & detestabilis existeret, eam ¹ abolere decrevisset, ac ² eam penitus revocasset & sustulisset, ac mandasset illam de cetero nullatenus observari: ac postmodum charissimus filius noster rex Scotiæ Robertus, illustris prædicti David successor, hujusmodi revocationem & mandatum approbasset & confirmasset: tamen nonnulli ejusdem Regis Officiales & alii quandoque, ³ exercitu dictæ consuetudinis & nomine dicti Roberti regis, quorundam Episcoporum & Prælatorum, in dicto decedentium regno, bona rapere, & Camerae ⁴ dicti regis vel aliis usibus appropriare præsumpserint hætenus ⁵ ut præsumunt. Nos igitur attendentes, quod nostra interest super his de remedio opportuno providere, ac volentes hujusmodi præsumptuosis ausibus, quantum cum Deo possumus, salubriter obviare, præsentium tenore districtius inhibemus omnibus & singulis personis, in dicto regno consistentibus, ne, prætextu prædictæ detestandæ consuetudinis, imo verius corruptelæ, aliqua bona cujuscunque episcopi vel prælati, in prædicto regno decedentis, recipere vel quoquo modo usurpare præsumant. Nos omnes & singulos, qui de cetero, contra hujusmodi inhibitionem nostram, bona aliquorum episcoporum

1. Aboleri *MS. Harl.* 2. Illam *MS. Harl.* 3. Prædictæ, *omisso exercitu, in MS. Harl.* 4. Ejusdem regis *MS. Harl.* 5. Et *MS. Harl.*

vel praelatorum dicti regni, deinceps decedentium, rapere vel usurpare praesumpserint, (etiam si hujusmodi praesumptores regali vel quavis alia praefulgeant dignitate,) sententiam excommunicationis incurrere decernimus eo ipso. A qua nullatenus, praeterquam in mortis articulo, ² possunt absolvi, nisi prius bona, per eos sic recepta vel usurpata, contra ³ inhibitionem hujusmodi, illis, quibus de jure debebuntur, integre restituerint cum effectu. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae inhibitionis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Dat. Avinione xiv. Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno quinto &c.

Copia Literae regis David abnegantis bona hujusmodi, & prohibentis ne quis sibi illa usurpet.

CAPITULUM LVII.

DAVID, Dei gratia, rex Scotorum. Notum facimus universis, quod, licet ex consuetudine, ab antiquis introducta temporibus, & continuata usque ad praesens, per nos & praedecessores nostros extiterit tanquam pro privilegio speciali servatum, quod bona quaecunque mobilia episcoporum regni nostri tempore mortis ipsorum regis sic applicata sint usibus, quod

1. Qualicumque *MS. Harl.* 2. Possint *MS. Harl.* 3. Prohibitionem *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

ab ipsis in suis testamentis condendis super bonis disponendis hujusmodi omnino fuerit hactenus adempta facultas: quia tamen, tam per Cleri nostri quam aliorum de nostro consilio prudentiam, sumus jam veris & lucidis rationibus informati, quod consuetudo hujusmodi cessit hactenus, & in posterum cedere manifeste dinoscitur, in indecentiam honestatis ecclesiæ, & in opprobrium status Cleri; Nos, ob reverentiam divini nominis, & ad instantiam Prælatorum super hoc nobis instanter supplicantium, & de consensu & assensu Roberti Senescalli Scotiæ nepotis nostri, & liberorum suorum, nec non aliorum Baronum & Procerum, & trium communitatum regni nostri, in pleno nostro Parlamento, tento apud Perth, pro nobis nostrisque heredibus & successoribus de gratia nostra speciali concedimus, & præsentium litterarum serie confirmamus, quod omnes & singuli episcopi regni nostri, tam posterius quam præsentibus, de quibuscunque mobilibus tempore mortis suæ sua testamenta condere valeant, & pro sua voluntate disponere, sine aliquo objectu, contradictione vel impedimento, dicta consuetudine sive usu longævi temporis in contrarium non obstantibus. Terris tamen, redditibus, decimis & servitiis quibuscunque ipsorum episcopatum, cum pertinentibus, nec non juribus patronatum ecclesiarum, quæ ad regiam nostram pertinere consueverant, & adhuc pertinent,

nent, sede vacante, & omnibus & singulis aliis, præter expressa superius, juri regio, voluntati- que & dispositioni nostræ, heredum, ac succes- sorum nostrorum, in omnibus & per omnia re- servatis. Et si contingat, aliquem episcoporum regni nostri aliquo unquam tempore, quod ab- sit, ab intestato decedere, volumus, & tenore præsentium concedimus, pro nobis & nostris heredibus & successoribus in perpetuum, quod amici propinquiore dictorum episcoporum de universis bonis mobilibus, absque quocunque impedimento per nos & ministros nostros faci- endo, disponant pro suæ libito voluntatis, prout salutem animarum ipsorum episcoporum melius viderint expedire. Et, propter præfatam gra- tiam, ipsis episcopis præsentibus & futuris con- cessam, ipsi & eorum singuli, ac successores eo- rundem, pro nobis in vita nostra, & post mor- tem pro anima nostra, & anima recolendæ memoriæ Domini Patris nostri, nec non pro salubri statu cujuslibet heredum & successorum nostrorum dum vixerint, & animabus eorundem cum ab hac luce migraverint, in cathedralibus ecclesiis continue unum capellanum perpetuum, in qualibet cathedrali ecclesia constituendum, unam missam faciant in perpetuum specialiter celebrari, præter missas & alia orationum suf- fragia, ad quas & quæ nobis, antecessoribus & successoribus nostris ex debito jam tenentur.

1. F. per unum.

A a a a a a 2

In

Johannis de Fordun

In cujus rei testimonium, has literas, ad perpetuam rei memoriam duraturas, sigilli nostri autentici fecimus appensione muniri. Testibus Roberto Senescallo comite de Stratherne nepote nostro supradicto, Johanne Senescallo comite de Carrik filio suo ¹ primo & herede, Thoma comite de Mar, Georgio de Dunbar comite ² de Marche, Willelmo comite de ³ Douglas, &c.

Incipiunt tituli xv. Libri.

De Coronatione regis Roberti tercii & reginæ Anabellæ.

CAPITULUM I.

Quod rex nihil usibus suis sumptum passus est esse insolutum.

CAP. II.

De mirabili conflictu inter Caternanos 30. contra 30. apud Perth.

CAP. III.

De milite Morley, & primis ducibus ⁴ infra regnum constitutis, & de primo comite de Crawforde.

CAP. IV.

De narratione ludicra & trufa militari.

CAP. V.

De eodem.

CAP. VI.

De proditoria conspiratione trium Hentricorum, & captione ac depositione regis Ricardi Angliæ.

CAP. VII.

De renunciatione juris ejusdem ad regnum Angliæ.

CAP. VIII.

De Coronatione regis Henrici.

CAP. IX.

De sponsalibus & matrimonio Ducis Rothsaici, & captione Castri de Dunbar.

CAP. X.

1. Primogenito & herede *MS. Harl.* 2. De omittit *MS. Harl.*
3. Douglas, cum diversis aliis ad hoc vocatis & requisitis, *pro Douglas, &c. MS. Harl.* 4. In regno Scociæ const. *MS. Harl.*

- De obitu Archibaldi de Dowglas comitis, & de exercitu regis Henrici in Scotia. CAP. XI.
- De captione & morte ducis Rothsaici, & quarta mortalitate in regno. CAP. XII.
- De conflictu de Nesbit secundo. CAP. XIII.
- De bello de Homyldone. CAP. XIV.
- De obsessione Castri de Cocklawis. CAP. XV.
- De rescursu ejusdem per Gubernatorem. CAP. XVI.
- De bello de Schrewisbiri. CAP. XVII.
- De captione regis Jacobi, & de morte Patris ejus. CAP. XVIII.
- De qualitate personæ ejus. CAP. XIX.
- De combustione Jacobi Hæretici apud Perth. CAP. XX.
- De captione Castri de Jedwod, & restitutione Dunbar comiti. CAP. XXI.
- De fundatione almæ Universitatis Sancti Andree. CAP. XXII.
- De diversis incidentibus, & de bello de Egincurt. CAP. XXIII.
- De magna altercatione inter universitatem Sancti Andree & fratrem Harding Anglicum. CAP. XXIV.
- De subtractione ecclesiæ Scoticæ à Papa olim Benedicto 13. & obedientia facta Domino Martino quinto. CAP. XXV.
- Quomodo Wallia propria proditione subjecta est regi Angliæ. CAP. XXVI.
- De succursu misso Walliæ per Carolum regem Franciæ. CAP. XXVII.
- Quomodo prædicatione cujusdam Abbatis Wallici humiliati recuperaverunt suas possessiones. CAP. XXVIII.
- Quomodo Wallici prævaricatores pristinæ poenitiæ amiserunt tam libertates quam possessionem Walliæ. CAP. XXIX.

Johannis de Fordun

- De eodem, & de interfectione dicti Abbatis pro jure
regni sui decertantis. CAP. XXX.
- De transitu Comitum de Buchania & Wygton ad
Franciam in subsidium ejus. CAP. XXXI.
- De quadam Pestilentia dominorum & aliorum¹ in in-
firmitate quæ *Le Duhew* vocabatur. CAP. XXXII.
- De bello de Bawgi in Francia, ubi victi sunt Anglici
per Scotos. CAP. XXXIII.
- De vindicta illata regi Angliæ in mortem per² quen-
dam Scotum. CAP. XXXIV.
- De bello de Vernolze Percy, ubi devicti sunt Scoti
& Franci. CAP. XXXV.
- De victrice puella Franciæ. CAP. XXXVI.
- De morte ducis Albanicæ. CAP. XXXVII.
- De miraculo & virtute Missæ. CAP. XXXVIII.
- De meritis &³ valitudine Missæ. CAP. XXXIX.

De Coronatione regis & reginæ.

CAPITULUM I.

TRADITO igitur sepulturæ corpore
gratiosissimi regis Roberti II. & regno
sub tutela gubernatoris, filii viz. sui
secundo-geniti Roberti, commisso; in
sequenti vigilia Assumptionis nostræ Domine,
die viz. dominica, A. D. M. CCC. XC. filius regis
defuncti primogenitus, Johannes comes de
Carrik, apud Sconam regio more coronatus

1. *Defunt* in infirmitate in MS. Harl. 2. Sanctum pro quendam
in MS. Harl. 3. Utilitate MS. Harl.

est,

est, ubi, consensu statuum, vocatus est abhinc Robertus tertius. In crastino vero sponsa sua Domina Anabella, filia nobilis Johannis de Dromond, Domina præclarissima, diademate regio insignitur. In die vero Martis proximo sequente rex fidelitatem & hominum sumpsit suorum Legiorum; & cum magna lætitia hos dies festivos cuncti transegerunt. Tanta illuc ex omni parte regni ad Coronationem regis confluxerat multitudo, ut omnia blada monasterii de Scona ibidem & in ceteris locis ac grangiis circumvicinis ab equis vastabantur. Ad regem igitur accessit quidam Canonicus monasterii Granitarius, Robertus Logy nomine, insinuans sibi damnum, quod per eum passum fuit monasterium in destructione segetum. Sed quia rex eo tunc circa majora erat intentus, cum derisione ab aulicis à præsentia regis repellitur Canonicus. Ita quod nullum responsum à rege reportavit. Propter quod Canonicus tristis abcessit, & in crastino summo mane, die quo rex recessurus erat à monasterio, adduxit secum isdem Canonicus multitudinem fervorum & ancillarum, husbandorum & rusticarum equestrium, habentium scilicet singuli in manibus pelves & ferulas. Statuit etiam primipulum unum, reliquos præcedentem, in palo autumnalem nymphulam, quam *Kapegyrne* vulgus soleat appellare, ad altum gerentem, &

1. *Kapegyrne MS. Harl.*

Johannis de Fordun

ante cameram regis, de lecto surgentis, classicum subito fecit insonari, ita quod regem & regales propterea stupidos reddidit & attonitos. Inquisita igitur tanti tumultus causa, adductus est coram rege Canonicus, tanquam patratore sceleris, qui hesterno ab ejusdem presentia rapide repulsam passus est. Qui exponens regi mysterium artis suæ musicæ, dixit, “Non mireris, rex inclitissime, quod nunc re-
 “surgenti diluculo astetimus tibi in Jubilo,
 “quia, ut verum fatear, solebamus omni anno
 “circa lucrum bladorum exponere 30. vel 40.
 “libras. Et nunc grates tuæ regiæ celsitudini,
 “quia finita est æstas, & cæsa est messis, nec
 “opus est ut expendamus unum solidum ad du-
 “cendum segetes in horreum, quia messorum
 “tui alleviaverunt nos tam de expensis quam
 “opere. Et huc propterea veni annunciare
 “tibi.” Quod audientes regis cubicularii & cir-
 cumstantes aulici, indicaverunt Canonicum, pro
 sua præsumptione, regis inquietatione, & curiæ
 commotione, ultrice dignum punitione. At rex
 in se reversus, ut erat valde sapiens, Deum
 præ oculis habens, & propositionem problema-
 tis altiori intellectu intelligens & enucleans,
 fecit incontinenti damnum bladum fum-
 mari, & ad æquivalentiam monasterio plenarie
 persolvi, de post semper Canonicum habens in
 summa placentia, commendans eum de industria.

1. Hæc MS. Hart.

Quod rex nihil usibus suis sumptum passus est esse insolutum.

CAPITULUM II.

HANC igitur trupham, sicut accidit, præsentibus inferuimus, ut attendatis regis sanam conscientiam & iustitiæ affectum, ita quod nihil passus est usibus suis provenire, vel per suos officarios familiares aliis damna vel debita inferri, unde cupiditatis vel iniustitiæ possit in quantumcunque modico notari. Nam præ ceteris principibus vel magnatibus istud summopere præcavere satagit, ut, ubicunque in Burgo vel extra perendinari sive hospitari eum contigerat, nil de expensis suis vel suorum usibus exhaustis insolutum ire passus est. Nam & ego, qui hæc scribo, relationi, quam infero, testimonium verum perhibeo, viz. quod isdem Dominus rex in Burgo de Hadyngton, quando, ut dictum fuit, voluit obsedisse Castrum de Dunbar, pro connubio filii sui ducis Rothsaicensis cum filia comitis Marchiæ, cum grandi exercitu per tres dies continuos in arduis occupatus, cum paratus esset, ad clangorem Buccinæ, cum sua Curia abcedere, in scansili pede posito equum vellet ascendere, ad clamorem pauperis carnificis, audientiam fieri flagitantis, quod pedem retraxerit, & causam pauperis benigne audiens, conquerentis de quodam suo Sene-

Johannis de Fordun

scallo, eo quod ab eodem ad Coquinam regis recepit diversas carnes bovinas & mutulinas, de quorum alterutro satisfacere non curavit. Quo audito, rex Senescallum vocari fecit, sed inveniri pro tunc non valuit, pretium tamen carnifici statim solvi fecit. Et, propter hujusmodi defraudationes, per officarios suos pauperibus irrogatas, eo tunc ad crucem Fori, sicut & de post semper in recessu suo ab urbibus vel villis, voce præconis proclamari fecit, si quid solvendum restaret, & reddi creditoribus instituit. Utinam sic nunc facerent nostri Proceres & Potentes, qui non curant de debitis in ipsorum victualibus expositis, pro quibus si semel & ad tempus habere poterunt inducias, pauperibus petentibus pecunias intentatur minis. Sed veniet dies, cum, quod à pauperibus extorserint, reddant vel usque minimum quadrantem poenas exsolvant. Propter quod scribit Gregorius in Moralibus dicens: *Stultus est debitor, qui gaudens mutuas pecunias accipit, & tempus quo reddere debeat non attendit.*

De mirabili conflictu inter Caternanos 30. contra 30. apud Perth.

CAPITULUM III.

A NNO D. M.CCC.XCI. Conflictus de ' Glenbereth, ubi interfectus fuit nobilis vir

Dominus Walterus Ogylby Vicecomes de Angus, & frater ejus Walterus de Lychtone, per Catheranos, quorum caput fuit Duncanus Stewart, filius Domini Alexandri comitis de Buchane, & de valentioribus vicecomitis occubuerunt 60. cum eo, qui in resistendo rapinæ factæ in Angus interfecti sunt. A. D. M. CCC. XCV. apud ¹ Penlhawche fuit duellum inter Thomam Strothers Anglicum inuasorem, & Willelmum Inglez defenforem Scotum, milites, ubi Anglicus occisus est; præsentibus ibidem Custodibus Marchiarum pro judicibus, viz. ² Dominis Archibaldo & Henrico Percy seniore comitibus de Douglas & Northumbriæ. A. D. M. CCC. XCVI. magna pars borealis Scotiæ trans Alpes inquietata fuit per duos pestiferos Caternanos & eorum sequaces, viz. ³ Scheabeg & suos sanguinarios qui Clankay, ⁴ & Cristi Jonsonem ac suos Claqwhele dicebantur. Qui nullo ⁵ pacto vel tractatu pacificari poterant, ⁶ nulla arte regis vel gubernatoris poterant edomari, quoad usque nobilis & industrius Dominus David ⁷ de Lyndefey de Crawford & Dominus Thomas comes Moraviæ diligentiam & vires apposuerunt, ac inter partes sic tractaverunt, ut coram rege certo die convenirent apud Perth, & alterutra

1. Reulhauche *MS. Harl.* 2. Domino *MS. Harl.* 3. Scheva-
beg *MS. Harl.* 4. Ac Criste Johnnesone cum suis qui Clanqule
dicebantur *MS. Harl.* 5. Pacto *MS. Harl.* 6. Nullaque arte *MS.*
Harl. 7. De hocce omittit *MS. Harl.*

pars eligeret de progenie sua 30. personas contra 30. de parte contraria, cum gladiis tantum & arcibus & sagittis, absque deploidibus, vel armaturis aliis, præter bipennes, & sic congregantes finem liti ponerent, & terra pace potiretur. Utrique igitur parti summe placuit contractus, & die lunæ, proxima ante festum Sancti Michaëlis, apud Northinfulam de Perth coram rege & innumerabili multitudine comparentes, conflictum acerrimum inierunt, ubi de sexaginta interfecti sunt omnes, excepto¹ uno ex parte Clankay, & xi. exceptis ex parte altera. Hoc etiam ibi accidit, quod omnes in procinctu belli constituti, unus eorum, locum diffugii considerans, inter omnes in auram elabatur, & aquam de Thaya natando transgreditur, à millenis insequitur, sed nusquam apprehenditur. Stant igitur partes attonitæ, tanquam non ad conflictum progressuri, ob defectum evasi. Noluit enim pars integrum habens numerum Sociorum consentire, ut unus de suis demeretur, nec potuit pars altera quocunque pretio alterum ad supplendum vicem fugientis inducere. Stupent igitur omnes hærentes, in damno fugitivi conquerentes. Et cum totum illud opus cessare putaretur, ecce in medio prorupit unus stipulosus vernaculus, statura modicus, sed efferus, dicens, “ Ecce ego, quis me “ conducet intrare cum operariis istis ad hunc

1. Uno de Clankay *MS. Harl.*

“ ludum theatralem? Pro dimidia enim marcha
“ ludum experiar, ultra hoc petens, ut, si vivus
“ de palæstra evafero, victum à quocunque ve-
“ strum recipiam dum vixero: quia si, ut dici-
“ tur, majorem charitatem nemo habet, quam
“ ut animam suam ponat ¹ quis pro amicis suis,
“ quali mercede donabor, qui animam meam
“ pro inimicis reipublicæ, regis & regni pono?”
Quod petiit à rege & diversis magnatibus
conceditur. Cum hoc arcus extenditur, &
² primo sagittam in partem contrariam ³ trans-
mittit, & unum interficit. Confestim hinc inde
sagittæ volitant, bipennes librant, gladios vi-
brant, ⁴ alteraltro certant, & veluti carnifices
boves in macello sic inconsternate adinvicem
se trucidant. Sed nec inter tantos repertus est
vel unus, qui, tanquam vecors vel timidus, sive
post tergum alterius declinans, seipsum à tanta
cæde prætendit excusare. Iste tamen finaliter
illæsus exivit, & dehinc multo tempore borea
quievit, nec ibidem fuit, ut supra, Sathan vel
occurfus. A. D. M. CCC. XCIV. octavo Idus Sept.
obiit Dominus Johannes Derfi, Abbas Sancti
Columbæ, Canonicus de Cambuskeneth.

1. Deest quis in *MS. Harl.* 2. Primam *MS. Harl.* 3. Mittit
MS. Harl. 4. Alterutro *MS. Harl.*

*De milite Morley, & primis ducibus¹ infra regnum
Scotiæ constitutis, & de primo comite de Cramfurde.*

CAPITULUM IV.

ANNO Domini M.CCC.XCVIII. Hastiludium
grande XII. militum.

Anno sequenti quidam honorabilis miles Robertus Morley Anglicus, cum honesta comitiva Anglorum, de rege Scotiæ affecuratus, intravit Scotiam, & ciphum regis vendicavit. Cui opposuit se Dominus Jacobus Dowglas de Strabrok, sed nihil ad propositum actum est. In recessu tamen hujus Morley apud Berwicum conflixit uno die figillatim cum duobus militibus de Scotia, viz. Archibaldo de Eadmonstone & Hugone Walas ad ictus talliatos, & de ipsis Anglicus probiorem partem affecutus est. In crastino vero cum eo congressus est Dominus Thomas Treil miles, nepos Domini Walteri Treil episcopi Sancti Andreae, & cum clava tam vigorose conquassavit & contrivit Morley,² ut judex, qui & Anglicus, timens sibi mortem inferri, nondum numero completo percussionum, cessionem clamavit, & abhinc Scotos congregiando nusquam fuit infecutus. Tantas etenim expensas circa actus militares in diversis regionibus fecit iste Morley, ut³ quum non ha-

¹ In Scocia post Fulgensium, & de primo *MS. Harl.* ² Ut & judex *MS. Harl.* ³ Qui pro quum in *MS. Harl.*

bens ulterius ad sustentandum hanc vanam gloriam, in se desperans lectum ægritudinis incidit, & præ inopiæ tristitia finem vitæ dedit. Hujusmodi igitur hujus militis operatio vanitas merito dici potest, quia, ut dicit Hugo, Vanitas est, quæ nec plenitudinem confert continenti, nec fructum laboranti, nec fulcimentum innitenti. Propterea audenter dicere possumus, quod inanis gloria hujus militis fuit fallax suavitas, & infructuosus labor, continuus timor & periculosa sublimitas, & secundum Augustinum, initium sine ¹ prudentia, & finis cum poenitentia. Propter quod Poëta,

*O ! res quam fragilis, quam fallax gloria mundi !
Quam cito mundanus dulcor amarus erit !*

Eodem anno inventus est in Scotia falsus Monetarius, qui, de ² mandato regis, usque ad mortem est decoctus. A. D. M. CCC. XCVIII. rex Robertus celebravit magnum Consilium apud Perth, ubi filium ³ suum primogenitum David Steward, comitem de Carrik, fecit ducem Rothesaicensem, & Dominum Robertum fratrem suum, gubernatorem tunc regni, de comite de Fisse & Menteth fecit ducem Albaniam. Ante quem nullus legitur dux fuisse post decessum Fulgentii, qui in bello campestri interfecit in Britannia Imperatorem Severum. Hæc solem-

1. Providencia *MS. Harl.* 2. Præcepto *MS. Harl.* 3. Suum
omittit *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

nitas facta fuit in Scona xxviii. die Aprilis, Domino Waltero Treyll episcopo Sancti Andree Missam celebrante, & fermocinante in præsentia regis & reginæ. Eodem anno & mense ¹ xxxi. die Dominus David Lyndesey factus est primus comes de Crawford, valens miles & in probitate bellica quamplurimum commendatus. Qui, inter cetera suæ probitatis insignia, de Domino de Welles, in diebus suis milite famosissimo, apud Londonias, in præsentia regis Ricardi II. anno Domini m. ccc. xc. in hastiludio guerrico gloriose triumphavit. De cujus probitate militari huc usque in Anglia fama percelebris commemoratur.

De narratione & trufa militari.

CAPITULUM V.

IN crastino vero hujus victoriosi triumphus comes de Crawford, cum suis militibus, invitatus est ad prandium ² cum Domino rege Angliæ. Ubi in ³ colloctione varia, post coenam in regali Camera inter milites habita, quidam miles Angligena altiloquus, fatis verbosus, incidit in ⁴ fabulationem cum Domino Willemo de ⁵ Dakel milite Scoto, qui tunc cum aliis diversis militibus comitatus fuerat comitem

1. Die proximo *pro* xxxi. die *in* MS. *Harl.* 2. A Domino MS. *Harl.* 3. Collacione MS. *Harl.* 4. Confabulacionem MS. *Harl.* 5. Dalzel MS. *Harl.*

Craufordiæ. Qui inter cetera, multis nobilibus tam Anglis quam Scotis præsentibus, in hujusmodi languagio Domino Willelmo prorupit, dicens, "Percipio," inquit, "ô miles Scotiæ, "quod sunt nonnulli animosi Scotigenæ inter "vos, qualicunque propagine feminali derivati. "Sed nescis forte, unde provenit eis ista magnanimitas. Semel accipe & intellige, & cum "veneris in patria tua, audacter dicito, quod "accepisti ab Angligena veridico, quæ relaturus sum. Certum est," inquit, "nec à memoria tua recesserit, quod paulo ante moderna tempora miserabiliter Provincia tua à generosis Anglis lacerata fuerat & conquæsta. "Quo in tempore fuerunt forte inter & apud "vos pulchræ & appetibiles domicellæ, cum "quibus nobiles Angligenæ² alti sanguinis & "cordati carnali copula se intermiscerent, procuraverunt furculos de generosis radicibus excrecentes, qualis forte est iste³ Dominus David, qui interpretatur manufortis de Lyndsey, nomen sicut & genus de nostris contrahens, & propterea tam valide se habuit, quod, "attenta ejusdem origine, honor Angligeni sanguini merito debet ascribi." Quod audientes circumstantes Anglici commoti sunt in risum, multum collaudantes militem pro collatis. A quibus miles Scotus postulans silentium

1. Fuerunt & forte inter vos pulchræ *MS. Harl.* 2. Desunt alti sanguinis in *MS. Harl.* 3. Dominus tuus David *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

& auditum, sic loqui exorsus est: "Iste valens
 "miles rhetorice fatis verba sua concinnavit,
 "prurientibus auribus placida & polita. Cui
 "sic sub protestatione dico, non ¹ denegans,
 "quin, per artem Anglorum, nuper magna
 "pars terræ nostræ lacerata fuerat & occupata,
 "sed, laus Deo, non diu per eos possessa. Et
 "quod etiam eodem tempore, sicut & nunc,
 "fateor pulchræ & appetibiles mulieres & do-
 "micellæ extiterant apud nos, & etiam negan-
 "dum non censeo quin generosi & Proceres de
 "Anglia eo tunc procuraverunt apud eos na-
 "tos alticordes & elatos. Sed quid? certe eo
 "tempore, quo Domini Angligenæ in regno
 "nostro moram pertraxerunt, eorum quales-
 "cunque conjuges domi relictæ, delicate pastæ
 "& nutritæ, otio vacantes & voluptati, diu
 "nimium copula maritali carentes, & se ultra
 "continere non valentes, nova contubernia af-
 "fectantes, ad suam domesticatiorem familia-
 "ritatem coquos & colibertos, rusticos & co-
 "lonos, & interdum fratres confessores, invi-
 "taverunt, ex quibus provenerunt, ni fallor,
 "nec militiæ habiles nec ad proelia pugnandum
 "efficaces. Gaudemus, igitur, quod nos ex vo-
 "bis surreximus & generosi efficimur, & vos
 "ex vobis cecidistis degeneres effecti." Non
 dum verba vix Scotus finierat, cum ecce! hu-
 jusmodi dialogica fabulatio auribus regis inno-

 1. Negans *MS. Harl.*

tuit. Vocans, igitur, coram omnibus milites, de collocutis repetitionem fieri sibi fecit. Qui propterea Anglicum acriter objurgans, Scotum de responso magnifice remuneratum colaudavit.

De eodem & alia trufa.

CAPITULUM VI.

HIC itaque miles Scotus, non solum prudentia, verum etiam vigore & animositate, multum ¹ præcallebat. Qui alias Londoniis existens vidit quendam militem Anglicum, elegantis formæ, & elatum, Peris Corteney nomine, nova veste togatum, amplaque familia comitatum. Habebat etiam in manica falconem, subtili bordatura intextum, scedulam rostro ² protendentem, hujusmodi tenorem continentem, *I beer a Falcon fayrest of flith. qwha so pinchez at hir, his deth is dith in graith.* Erat enim hic miles Anglicus statura procerimus, optimus equester, & famosissimus hastifer sive hastiludiator, & campio regis ³ Angliæ vulgariter nuncupatus, ac frater uterinus Primatis Angliæ. Conjiciens igitur Scotus, Anglicum istiusmodi scedulam gestare, ad provocan-

1. Nomen Scotis est Dominus Willelmus Darel, secundum Pollicornicon [*l. Polychronicon*] *à manu alia, sed antiqua, ad oram MS. Harl.* 2. Prætendentem *MS. Harl.* 3. Angliæ, ac frater uterinus Primatis Angliæ, vulgariter nuncupatus. Coniciens *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

dum alios ad secum forte decertandum ; & incontinenti novam vestem & consimilem sibi fieri fecit. In qua ¹ depingebatur pica, hujusmodi scedulam continens, *I beer a þve pykkand at a pes. qvoha so pikkis at þyr I pik at þis nese in faith.* His sic se habentibus, & de utraque clamide diversis hinc inde colloquentibus, tandem ad id deventum est, ut hi duo milites per talliatos cursus æqualiter armati diris lanceis vigores suos experirentur. Die igitur & loco statutis congregiuntur milites, & quia Scotus cassidem ex proposito inobligatam dimisit, per duos continuos cursus Anglicus Scotum capite denudavit, casside à retro dilabente. Ad tertium vero cursum Scotus Anglicum de duobus dentibus anterioribus evacuavit. Propter quod Anglicus aggravatus conquestus est regi, quod Scotus pactum non servavit, & de inæqualitate armorum querimoniam ² cavit, eo quod non affixit cassidem suam sicut & ipse fecit, ac de more militari convenit. Hoc audito, ³ Scotus viriliter regi & ex opposito respondit, dicens, “Proverbialiter dictum est, quod de
“modico non curat lex neque rex. Sed si quid
“socius meus de præsentis dicat, transeat, &
“adhuc de novo aciem instruamus, & sex ad
“huc cursus de novo faciamus, & dum in om-

1. Continebatur *MS. Harl.* 2. Canit *MS. Harl.* 3. Scotus coram rege viriliter respondit, dicens, Proverbialiter dicitur, quod *MS. Harl.*

“nibus ascensis equis similes existamus, promitto post decursus sibi solvere ducentas libras. Istud firmiter promitto, & si opus fit, fidejussores invenio, dummodo in consimili si deficiat ¹ pecuniam solvat.” Alter vero ira incandescens ob amissionem dentium, in præsentia tamen regis pactum acceptavit. Et quia Scotus erat monoculus, utpote ² qui unum oculum perdiderat in bello de Ottirburne, petiit à rege in hoc socium ³ suum assimilari debere. Quo negato, petiit Scotus scottum, & ad hoc solvendum appellavit Anglicum. Ob hoc movebatur inter partes magna altercatio, & inter diversos milites ⁴ tam Anglicos quam Scotos manualis vel duellica concertatio. Sed rex, rixa sedata, nolens ⁵ ob hoc milites suos supponi periculo, taliter finaliterque effecit, ut, omisso ulteriore hastijugulo, Scotus summam conventam reportaret. Et in modum rex superbam attollentiam Anglorum redargutus est, dicens, *Actibus & verbis miles hic Anglos superans est.*

1. Pœnam *MS. Harl.* 2. Quia *MS. Harl.* 3. Suum sibi aff. deberi *MS. Harl.* 4. Tam Scotos quam Anglicos *MS. Harl.* 5. In hoc *MS. Harl.*

De proditoria conspiratione trium Henricorum, & captione & depositione regis Ricardi.

CAPITULUM VII.

PAULO ante ¹ idem tempus, scil. A. D. M. CCC. XCVIII. rex Ricardus Angliæ desponsavit Isabellam, Virgunculam decennem, filiam Domini Caroli ² VI. regis Francorum, & ob ipsius teneram ætatulam, de consilio suorum, transtulit se cum valido exercitu ad Hiberniam, donec sua conjux pubesceret, & ad amplexus viriles habilis redderetur, ipsam Hiberniam in-terea domandam. Sed antequam rex iter arriperet, rogatus à Proceribus regni, ut declarare faceret, quis sibi in eventu regno succederet; apud Parliamentum de Schrewisbery comper- tum est & sententiatum pro filio filiæ Leonelli, ducis Clarantiæ. Unde notandum est, quod Edwardus Windesor rex habuit quinque filios, viz. Edwardum principem Walliæ, patrem regis Ricardi, in quo defecit successio. 2. Leonellum ³ prædictum, ducem Clarantiæ. 3. Johannem Gawnt, ducem Lancastræ. 4. Edwardum Langley, ducem Eboracensem. 5. Thomam Wodstok, Gloucestræ ducem. Et sic patet, quod filiatio filiæ Leonelli debet de jure succedere. Cujus quidem filiæ filius fuit Rogerus de Mor-

1. Hoc pro idem in MS. Harl. 2. Deest VI. in MS. Harl. 3. Deest prædictum in MS. Harl.

tuo Mari, comes Marchiæ Walliæ; qui habuit filias superstites, tempore intrusionis istius Henrici Lancastriæ: cujus filia senior fuit uxor Ricardi ducis Eboraci, & junior filia fuit uxor comitis de Devonshire. Soror autem dicti Rogeri fuit mater Henrici Percy, 3. comitis Northumbriæ adhuc superstitis. Iste Henricus Lancastriæ dux Herfordiæ & comes de Derbi, ¹ quando sibi regni diadema de facto assumpsit, misit abbati de Glasinberi pro actis Parliamenti & Cronica, quæ posuerunt filias Rogeri Mortui Maris debere succedere. Et quia excusando negavit, recognovit temporalitatem, donec Cronicam obtinuit & incendit; & novas pro se faciens fabricari iussit. De jure igitur ² ejus investigent per præmissa, qui velint. Igitur dum ipse Ricardus rex in Hibernia moraretur, in regno suo Angliæ contra ipsum nequiter conspiratum est. Nam Henricus comes de Derbi, filius Johannis Gawnt ducis Lancastriæ, qui prius per ipsum regem ³ Angliæ ad certum tempus fuerat exiliatus, per medium Henrici & Henrici Percy, patris & filii, de Northumberland, nec non ⁴ per comitem de Westmerland, ⁵ Wiluby & Rosse dominos, Angliam vix cum triginta personis intravit, & potentia Percio-

1. Inde sibi diadema *pro* quando sibi regni diadema in *MS. Harl.*

2. Ejus quis investiget de præmissis, qui velint. Sed dum *MS. Harl.*

3. Richardum *pro* Angliæ in *MS. Harl.* 4. *Deest* per in *MS. Harl.*

5. Wilby *MS. Harl.*

rum & præmissorum aliorum affecuratus, in Northumbria aliquoto tempore demoratus est, donec fere tota Comunitas Angliæ per ipsorum suggestionem instructi erant, quod rex per cartam de Trailbastone omnes quasi nobiles regni exheredaret, & Comunienses perpetuæ servituti redigeret. Et quia de facili mobile vulgus flectitur, persuasionibus, promissis & blandimentis dictorum trium Henricorum, contra regem suum Liegium mala molientium, multorum corda amaricata sunt. Dum hæc¹ ita se haberent, nunciatum est regi, adhuc in Hibernia consistenti, à suis fidelibus, conjurationem in regno contra eum invaluisse. Propter quod ad Walliam reversus, in firmissimo castro de Conway se cum suis recepit, ibidem adversariorum assultus pavidè præstolando. Tandem sibi missi sunt illuc in Legationem ab Henrico de Lancastria, Cantuariensis & Assavenfis episcopi, Henricus Percy pater, & Dominus de Fewater, insinuantes sibi, ut Consilium convocaret, & dictum Henricum de Lancastria reconciliaret, & à se removeret Consiliarios scil. Buschif, Scrope &c. & restitueret Henricum ad suum officium Snescalliatus, & ipsum & regni nobiliores admitteret in Consiliarios; & foret rex in excellentiori statu, quam unquam fuerat, & sibi nomine mittentis juraverunt, quod nunquam sibi ipsi Henricus Coronam vendicaret, & hoc super

1. Itaque sic se hab. *MS. Harl.*

sanctum Sacramentum Dominici Corporis. De quorum promissione rex confusus, ¹ se credidit eis, & dum veniret ad paciscendum cum Henrico, arrestatus fuit dolose per homines Henrici, & abhinc ductus est Cestriæ, deinde ² Londonias, captis prius suis fidelibus Confiliariis, viz. Johanne Buffy, Willelmo Scrupe, Willelmo Baggot & Henrico Greve, militibus. E quibus Baggot solus evasit, ceteris morti turpissime adjudicatis, utpote decollatis & membratim dissectis, & capitibus ac artubus eorum diversis Civitatibus Angliæ, in eminentioribus ³ locis suspendendis, & ad spectaculum viventium destinatis. Convocato igitur Parlamento ex parte regis Ricardi, ibidem coram omnibus per Percyes & suorum prolocutores falso accusati, compulsus est metu mortis renunciare omni juri suo ad regnum competibili. Et sic coactus privatus est omni jure regio III. die Octobris anno Domini M.CCC.XCIX. Cujus quidem renunciationis sive resignationis tenor sequitur.

De renunciatione Juris regis Ricardi.

CAPITULUM VIII.

IN nomine Domini Amen. Ego Ricardus Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ, omnes dictorum regnorum archiepiscopos,

1. Se omittit MS. Harl. 2. Londoniis MS. Harl. 3. Locis Angliæ susp. MS. Harl.

episcopos, & alios quoscunque ecclesiarum secularium & regularium Prælatos, cujuscunque dignitatis, gradus, status seu conditionis existant, duces & marchiones, comites & barones, milites, vassallos, valvassores & liegios meos quoscunque ecclesiasticos vel seculares, quocunque nomine censeantur, à juramentis fidelitatis & homagii, & aliis quibuscunque mihi factis, ab omni vinculo Liegantie & Regalie ac Domini, quibus mihi obligati fuerant vel sunt, vel alias quomodolibet astricti, absolvo, & eos & eorum heredes in perpetuum ab¹ eis obligationibus & juramentis ac aliis quibuscunque relaxo, libero & quieto, & liberos, quietos, solutos & immunes² quod ad personam meam dimitto, ad omnem juris effectum, qui ex præmissis sequi poterit, seu aliquo modo præmissorum, omni regie dignitati,³ majestati, coronæ, dominio & potestate dictorum regnorum & domini. Hiisque dominiis⁴ & possessionibus meis, seu mihi quomodolibet competentibus quibuscunque, quocunque nomine censeantur,⁵ infra regnum & dominia supradicta, vel alia ubilibet constituta, omnique juri & colori juris ac titulo, possessioni⁶ & dominio quæ unquam habui, habeo, seu quovismodo habere potero in eisdem, seu eorum aliquo,⁷ seu ad ea, cum

1. Eisdem obl. *MS. Harl.* 2. Quantum ad *MS. Harl.* 3. Majestate, corona, *MS. Harl.* 4. *Deest & in MS. Harl.* 5. Intra *MS. Harl.* 6. Ac *MS. Harl.* 7. Vel *MS. Harl.*

fuis juribus & pertinentiis uniuersis, seu dependentiis quibuscunque ab eisdem seu eorum aliquo, nec non regimini, gubernaculo & administrationi regnorum & dominiorum huiusmodi, omnibusque & omnimodis mero & mixto imperio ac iurisdictioni in eisdem regnis & eisdem dominiis mihi competentibus seu competituris, nominique, & honori, ac regaliæ, & celsitudini regis ¹ pure, sponte, simpliciter, & absolute, melioribus modo ² & forma & via quibus potero in hiis scriptis renuncio, & ea in totum resigno, dimitto, & eisdem cedo & ab eisdem recedo in perpetuum, saluis successoribus meis regibus Angliæ in regnis, dominiis & ceteris omnibus præmissis in perpetuum iuribus in eisdem, seu eorum aliquo competentibus quibuscunque, meque ad regimen & gubernationem dictorum regnorum & dominiorum cum suis pertinentiis uniuersis fateor, recognosco, reputo & veraciter ex certa scientia iudico fuisse, & esse insufficientem penitus & inutilem, ac propter mea demerita notoria non immerito deponendum. Et iuro ad hæc Sancta Dei Evangelia, per me corporaliter tacta, quod nunquam præmissis renunciationi, dimissioni, resignationi ³ & cessioni contraveniam, seu eas quomodolibet impugnabo facto vel verbo per me seu per alium, vel per alios contraveniri

1. Sponte, pure, & simpliciter, & absolute, *MS. Harl.* 2. *Deest hoc prius & in MS. Harl.* 3. *Seu pro & in MS. Harl.*

Johannis de Fordun

vel impugnari permittam, quantum in me est, publice vel occulte, sed easdem renunciationem, resignationem, dimissionem & cessionem in perpetuum ratas & gratas habeo, & firmiter tenebo & observabo in toto & in omni sui parte. Sic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia, præsentibus Henrico duce Lancastriæ, Henrico de Perciaco comite de Northumbrieland & Henrico filio suo ¹ &c. Hiis sic gestis, & de throno regali amoto rege Ricardo & Custodiæ deputato, Henricus dux Lancastriæ Prælati & Proceribus manu ductus, genua ante thronum flectendo, prorupit in hæc verba:

De Coronatione regis Henrici quarti.

CAPITULUM IX.

In the name of the Fadir, ande the Son, and the Hali Gast. I Henri of Loncaster chalungis this Kealme, and the Cron, with al the Membris and the Appertinauncis, as I that am descendat be ryght lyne of the blod cum in fram the gud kyng Henri the thrid, and throw that richt that God has send me, with help of my frendis, to recober it: the qwhilk realme was in poynt to be tynt and wndon, ³ be sawt of gubernans, and fordoyng of the gud lawis. Et hoc facto, surrexit & locavit se in regali fede

1. &c. omittit MS. Harl. 2. Deest the in MS. Harl. 3. In pro he in MS. Harl.

hæc verba proferendo : Schirris, I thank God and you al spiritual and temperal, and the statis of the land. And I do you to wit, it is not my wil, that oni man think that be way of conquest I wald desire ony manys heritagis, franchisez, or othir richtis that he¹ haw to haf, ne put hym out of it that he hafis, and has had be gud lawis and customis of the realme, except thair personis that has ben agayn the gud purposis and common profit of the land. Isto modo rex Ricardus fuit regno privatus, & perpetuis carceribus cito deficiendus deputatus, sed subtiliter ab inde ereptus, & ad Insulas Scotiæ tranfvectus, & in coquina Domini Donenaldi Insularum à quodam fatuo, qui in Curia regis Ricardi, dum floreret, educatus fuerat, cognitus & repertus, & à dicto Domino Insularum ad regem Scotiæ Robertum tertium per Dominum de Monte Gomorry transmiffus, cum quo, dum rex Scotiæ vixerat, reverenter, ut decuit, procreatus, & post mortem regis duci Albaniam, gubernatori Scotiæ, præsentatus, cum quo regifice, quo ad statum, honoratus, tandem in castro de Strivelyne mortuus, & in ecclesia fratrum ejusdem ad aquilonare Altaris cornu² ejusdem tumulatus. Hic Ricardus fuit filius Edwardi principis Walliæ, (filii Edwardi Winderfor,) qui rexit annis xxii. mortuus sine liberis. Tempore expulsionis regis fuit regina,

1. *Alw MS. Harl.* 2. *Deest ejusdem in MS. Harl.*

¹ uxor regis Ricardi, Isabella duodennis puella in castro de Windefore per annum & dimidium reclusa, & multis modis impulsa ad maritandum cum juniore Henrico Lancastriæ, filio & herede dicti regis Henrici, sed hoc omnino renuit. ² Tandem redempta magno pretio missa est Parisius regi patri suo. Ad hunc Henricum patrem venit quidam sanctus homo, qui dicebatur albus Heremita de Anglia, dicens, quod edoctus fuit à Sancta Trinitate, & in spiritu vidit sedem suam igne gehennali inflammatam & paratam cum Dæmonibus, in qua post mortem locaretur, nisi Coronæ regni sibi non competibili resignaret. Cui rex, “Si vero renunciavero, quis mihi succedet? Post te,” inquit Heremita, “Diabolus; & post Diabolum Sanctus, post Sanctum gladius, post gladium nullus. Cum igitur,” inquit Robertus de Waterton, “Consiliarius regis, tu sis tam carus Deo, ut tibi sua secreta sint tam patula, expedit, ut sibi concitus tu mittaris.” De cujus & assentatorum consilio rex sibi incontinenti jussit caput præcidi. Qui postea multimodis claruit miraculis. Sed rex, tempore ad poenitendum abutens, horribiliter lepra percussus, dehinc spasmate & gutta, asmate & podagra, contractus ante mortem in tantum imminutus decrevit, ut non major ³ parvulo duo-

1. Uxor hujus regis *MS. Harl.* 2. Et tandem *MS. Harl.*
 3. Tibi pro mihi in *MS. Harl.* 4. Deest te in *MS. Harl.* 5. Puerulo duodenne *MS. Harl.*

denne videretur; quanquam, in vernante sua virilitate, miles fuit procerrimus, & quasi unus statura de majoribus totius suæ Curia. In fine tamen poenituit legationem faciens Henrico filio suo ¹ sub interminatione divini maledicti, ut sibi Coronam non appropriaret, sed ipsam veris heredibus dimitteret; qui mandatum patris parvi pendens, miserabili morte, utpote igne sacro extostus, apud Gallias interiit. Propter hujusmodi usurpationes dicit Dominus Briggittæ Lib. VI. C. 85. *Quid credunt homines malæ fidei possessores, qui detinent injuste obtenta & scienter, ² nunquam intrabunt in requiem meam? certe non ³ magis quam in Paradisum Lucifer.*

*De sponsalibus & matrimonio ducis Rothsaici,
& captione Castræ de Dunbar.*

CAPITULUM X.

EODEM anno dux Rothsaicensis affidavit Elizabeth, filiam Domini Georgii de Dunbar comitis Marchiæ, in sponsam, soluta propterea regi magna summa auri. Sed quia, ut dicitur, sine consensu trium statuum factum perhibetur, Dominus Archibaldus comes de Dowglas, ad insinuationem Consilii regis, promisit & solvit majorem summam priore, & de novo rex filiam dicti Archibaldi, Dominam

1. Sub *omissis MS. Harl.* 2. Nunquid intrabunt *MS. Harl.*
3. Plus *MS. Harl.*

Marjoriam nomine, dicto duci Rothsaicensi nubendam permisit, ¹ qui de facto matrimonialiter copulavit, & in facie ecclesiæ apud Bothvil ² festivaliter matrimonium celebravit. Quod comperiens comes Marchiæ, antequam tamen matrimonium ³ fuit consummatum inter ducem & filiam Archibaldi, Dominum regem adiit, & de observanda conventionem ipsum alloquitur, ut vel matrimonium inter Dominum Rothsaicensem & filiam ejus exequi demandaret, vel sibi saltem summam præ manibus traditam solveret. Sed de responso regis comes non contentus, & ultra forte quam debuit commotus, in aliquantulas minas aperto prorupit, dicens, *Ut quod vel rex sibi pactum servaret, vel inauditum quid regno & insolitum fieri procuraret.* De cujus grandiloquio nonnulli forte sinistre interpretantes, hæc verba tacite observabant in corde conferentes. Et sub celeritate comes, adepto regis Angliæ conductu, Angliam petit, & castrum ⁴ de Dunbar nepoti ⁵ suo, filio scilicet sororis suæ, Domino Roberto Matelant militi custodiendum reliquit. Qui incontinenti post recessum comitis trepidans timore, ubi forte non erat timor, ipsum castrum de Dunbar, nescio quo pacto, Domino Archibaldo de Dowglas, filio & heredi Archibaldi Grym comitis ejusdem, anno Domini m.cccc. tradidit ad servandum. Quod

¹ Qui eam de facto *MS. Harl.* ² Festinanter *MS. Harl.* ³ Fugerat *MS. Harl.* ⁴ Suum addit *MS. Harl.* ⁵ Deest suo in *MS. Harl.*
ut

ut audivit comes Marchiæ, castrum suum per internuncios sibi reddi petiit, utpote quia ipse in fide regis Scotiæ Liegius ejus homo extiterat, & in nullo forisfecit, sed in Anglia sub conductu¹ consistens, certa inibi negotia tractaturus. Sed breviter non poterat castrum adipisci. Quapropter nimium commotus comes Marchiæ, misit pro filiis suis & familiaribus, qui fortes robore & animo feroces ad² eum magno numero confluebant; adjungentesque se Anglis in omni expeditione guerrica, terras adjacentes Marchiis Scotiæ præ ceteris aggravaverunt. Nam³ pauci de eis eo tunc soliti erant interiora terræ petere, & husbandos, vel quosque alios divites, circa Hadingtoniam, & ad⁴ intra, diversis vicibus capere & captivare, & immunes cum captivis & spoliis ad Angliam redire. Eodem namque anno, in castino Purificationis nostræ Domini, venit comes Marchiæ hostiliter cum duobus milibus electorum, habens secum Henricum Percy juniorem, qui & Hatepur dicebatur, & impercepti venerunt usque villam de Popil, à qua usque Linton deprædantes affliebant bina vice castrum de Hales, & combustis villa scil. de Hales, Traprin & Merkil, castrametati sunt apud Linton & Preston, ubi pernoctare proponentes, & assaturas igni applicantes, dixerunt, *Quis nobis nocebit?* Scru-

1. Existens *MS. Harl.* 2. Eum in magno *MS. Harl.* 3. Pauciorum eo *MS. Harl.* 4. Infra *MS. Harl.*

tati sunt iniquitates, ¹ & defecerunt scrutinio scrutantes. Nam accessit homo ad cor altum. Archibaldus viz. magister de Dowglas, qui prævinitus de adventu inimicorum, per totum illum diem expeditus à castro de Edinburgh cum suis, Anglis ² approprians, ad sonitum Cornu & Buccinæ patriam concitans ante solis occasum venit usque ³ Pentark, de quo præviniti Anglici, relinquentes spolia & assaturas ad ignem ordine prætermisso fugam inierunt. Scoti igitur per totam illam noctem teterrimam illos insequentes in bosco in parco de Colbrandispeth multos ceperunt, reliquos fugantes usque Berwicum. Quin etiam infra portas ejus Anglos prostraverunt, & abhinc lanceam & vexillum Domini Thomæ Talbot secum asportaverunt.

De obitu Domini Archibaldi Domini Dowglas comitis ejusdem, dicti terribilis sive Gryme, & de exercitu regis Henrici in Scotia.

CAPITULUM XI.

EODEM anno Domini M.CCCC. obiit Dominus Archibaldus, primus homo nomine, comes de Dowglas, dictus Grym sive terribilis, qui in terrena prudentia, fortitudine & audacia, conquæstu & divitiis, ceteros ⁴ suo tempore Scotos quasi antecessit. Æquissimus etiam erat

1. Sed pro & in MS. Harl. 2. F. approprians. 3. Pencrak MS. Harl. 4. Sui temporis MS. Harl.

in judiciis, sed & rigorosus, firmus etiam in promissis, & ubique maxima comitiva militum & virorum fortium suffultus. Ministros ecclesiæ in magna veneratione habebat. Non fuit monasteriis vel ecclesiis onerosus; sed, ubicunque contingeret eum in monasterio pernoctare, de victualibus ibi relictis gaudebat se quæstum magnum reportare. Hic expulsis Monialibus de Linglowdan, instituit ibi Collegium Clericorum. Collegium etiam de Bothvil fundavit. Galwediam rebellantem regi conquistavit, quam eidem rex contulit, & suis successoribus in perpetuum heredibus ¹ de corpore consignavit. Eodem anno venit rex Henricus Angliæ cum grandi exercitu in partes Laudoniæ habens suum navigium deferens per mare victualia, qui intrans terram Scotiæ pridie ante festum Assumptionis nostræ Dominæ, & in festo ejusdem ad Hadington venit, & ibidem per tres dies perhendinavit. ² Deinde ad Leth accessit, & ibidem per tres dies moram traxit, interim affiliendo castrum de Edynburgh, in quo erat dux Rothfaisensis, & Archibaldus secundus comes de Douglas, cum aliis Proceribus & ³ Nobilibus circa aquam de Forth. Quo in tempore copiosum exercitum congregavit ⁴ dux Albanæ gubernator Scotiæ, & pervenit usque Caldormure. Sed propter quasdam similtates, inter ducem

1. De suo corpore *MS. Harl.* 2. Dehinc *MS. Harl.* 3. Nobilioribus *MS. Harl.* 4. Dux Albanæ *omissis MS. Harl.*

Johannis de Fordun

Rothfaicensem & ipsum præconceptas, nihil memoriæ dignum actum est, sed quasi inoffenso pede rex Henricus repatriavit, modicum dampni inferens patriæ. Sed & generositatis suæ in hoc dedit indicium, ut quodcunque Municipium vel Turris invalidior in itinere suo constitutum, si dominus ejus affecurantium ¹ peteret, statim concessit, misso illuc signo suo panno depicto ad ² exercitui ostendendum, & ab hinc propterea divertendum. Similiter ad Monasteria, & quæcunque villagia vel loca infimiora. Cum autem ad eum apud Leth venissent duo Canonici Sanctæ Crucis, supplicantes pro salvatione Monasterii, libenter annuit, dicens, "Absit ut tam inhumanus censerer, aliquid
 " molestiæ inferre cuicunque sacrosanctæ ec-
 " clesiæ, & præcipue loco Monasteriali Sanctæ
 " Crucis, in quo Dominus Pater meus, dux
 " Lancastriæ, exulans de regno Angliæ, Asylum
 " invenit singulare. Ego," ³ inquit, "sum Se-
 " miscotus de sanguine ⁴ Cuminienfi generatus,
 " & ad huc veniendum hostiliter, teste altissimo,
 " provocatus. Et hoc propter quasdam Episto-
 " las, per quendam de majoribus regni vestri
 " regi Franciæ transmissas, super mare per meos
 " cum latoribus earundem captas, hîc apud me
 " observatas. in quibus asseruit me proditorem
 " in superlativo. Et propterea huc adveni, non

1. Pecierat *MS. Harl.* 2. Exercitui suo ost. *MS. Harl.* 3. Enim pro inquit in *MS. Harl.* 4. Comynensium *MS. Harl.*

" mul-

“multum ad nocendum Patriæ, sed ad præsto-
“landum, si ille fuerit ausus congregari, & inno-
“centiam suam vel probitatem cum tali, ut ipse
“asseruit, proditore, etiam in sua patria, præ-
“fentialiter experiri.”

De captione & morte ducis Rothsaicensis, & aliis.

CAPITULUM XII.

ANNO Domini M.CCCC.I. obiit columna
ecclesiæ robustissima, vas eloquentiæ &
thesaurus scientiæ, ac defensor ecclesiæ, Domi-
nus Walterus Treil, episcopus Sancti Andree.
Et etiam Domina Anabella regina apud Sco-
nam, & sepulta est in Dunfermyne. Hi enim
duo, dum viverent, honorem quasi regni exal-
tabant, viz. Principes & Magnates, in discor-
diam concitatos, ad concordiam revocantes,
alienigenas & extraneos egregie susceptantes
& convivantes, & munifice dimissos lætifican-
tes. Unde quasi proverbialiter tunc dictum ex-
stitit, quod, mortuis regina Scotiæ, comite de
Dowglas, & episcopo Sancti Andree, abiit de-
cus, recessit honor & honestas obiit Scotiæ.
2. Quo Domini anno quarta mortalitas extitit in
regno. Paulo ante Dominus rex in consilio de-
putavit certos Consiliarios valentes barones &
milites, juratos, ad regendum & consiliandum

1. Patria & præf. *MS. Harl.* 2. Eodem anno, pro quo Domini
anno, in *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

Dominum David Stewart, ducem Rothsaicensem, ¹ comitem de Carrik & principem regni, quia videbatur Regi & Consilio, quod inmiscibat se sæpius effrenatis lusibus & levioribus ludicris, propter quod & ipse Consilio astrictus saniori juravit se regimini eorum & consilio conformare, sed, mortua regina ipsius nobili matre, quæ eum in multis refrenabat, tanquam laqueus contritus fuisset, speravit, se liberatum, & spreto proborum consilio, denuo in priori levitate se totum dedit, propter quod consilium procerum sibi assignatum quitabat se regi, & si voluisset, non tamen posse se eum ad gravitatem morum flexisse attestatur. Unde rex impotens & decrepitus scripsit fratri suo duci Albanix gubernatori, ut arrestaretur, & ad tempus custodiæ ² deputaretur, donec virga disciplinæ castigatus se ipsum melius cognosceret. Non enim osculatur filium pater, sed aliquando castigat. Sed quod rex proposuit ad filii emendam, tendit ei ad noxam. Nam uterque Bajulus literæ regalis ad gubernatorem de facto ostendit se incentorem & instigatorem regi, ut taliter demandaret quod honori alterius obviam, sicut experientia exitus rei patefecit. ³ Domini enim Willelmus Lindesey de Rossy & Johannes Remorgeney milites, regis familiares & consiliarii, ⁴ nuncii & portitores erant duci lite-

1. Et comitem *MS. Harl.* 2. Manciparetur *MS. Harl.* 3. Dominus *MS. Harl.* 4. Nunciique & portitores *MS. Harl.*

rarum regis. Quique etiam, ut dicitur, duci Rothfaicensi prius suggesserunt, ut, post obitum episcopi Sancti Andreae, castrum suum ad usum regis, quousque novus episcopus institueretur, reciperet & servaret. Quique ipsum ducem, nihil mali praemeditatum, ad castrum Sancti Andreae¹ simpliciter cum moderata familia equitantem, inter villam de Nidi &² Stratirum arrestaverunt, & per potentiam eundem ducem ad ipsum castrum Sancti Andreae, sibi ad³ liberandum paratum, induxerunt, & ibidem in custodia tenuerunt, quousque dux Albaniae cum suo consilio, apud Culros tento, quid de eo facerent deliberaverunt. Qui quidem dux Albaniae, cum Domino Archibaldo secundo comite de Dowglas, manu valida ipsum ad turrim de Faukland, jumento impositum & ruffeto collobio clamidatum, transvexerunt; ubi in quadam honesta camerula eum servandum deputaverunt. In qua tam diu custoditus, scil. per Johannem⁴ Selkirk & Johannem Wright, donec dysenteria, sive, ut alii volunt, fame, tabefactus, in vigilia Paschae finem vitae dedit VII. Kal. Aprilis, sive in die Paschae summo mane, & sepultus in Londoris. Praemissus vero Johannes Remorgeney tam principi quam domino regi erat Consiliarius, audax spiritu & pronuntiatione eloquentissimus, ac in arduis causis Prae-

1. Simpliciter & cum *MS. Harl.* 2. Straterim *MS. Harl.* 3. Deliberandum *MS. Harl.* 4. Selkrik *MS. Harl.*

locutor regis & Caufidicus disertissimus. Qui, ut dicitur, ante ¹ hæc suggessit principi duci Rothsaicensi, ut patrum suum ducem Albaniam arrestaret, &, qualicunque occasione nacta, statim de medio tolleret, quod facere omnino princeps refutavit. Istud attendens miles, malitiæ suæ fuligine occæcatus, à coeptis desistere nequivit hujusmodi ² labi attachiatus, (*quia, ut ait Crisostomus, coërceri omnino nequit animus, prava semel voluntate viciatus,*) & ideo vice versa pallium in alterum humerum convertens, hoc idem malefium ducem Albaniam de nepote suo duce Rothsaicensi facere instruxit. Alias, ³ sine fallo, ut asseruit, dux Rothsaicensis de ipso finem facturus fuisset. Dicitur insuper Dominus Willelmus Lindeley cum ipso Johanne Remorgeney in eandem sententiam forte consentivit. pro eo, quod dicitur dux Rothsaicensis sororem suam Euphemiam de Lindeley affidavit, sed per sequentia aliarum matrimonia attempata, sicut & filiam comitis Marchiæ, sic eandem repudiavit. Ipse enim, ut æstimo, est ille David, de quo Vates de ⁴ Breclington vaticinatus est, dicens:

*Psalletur gestis David luxuria festis,
Quod tenet uxores uxore sua meliores.
Deficient mores regales, ⁵ perdet honores.*

Paulo ante captionem suam apparuit mirabilis

1. Hoc suggessit ipsi principi *MS. Harl.* 2. Labe *MS. Harl.*
3. Sic. 4. Birecligtone *MS. Harl.* 5. Pardit *MS. Harl.*

Cometes,

Cometes, emittens ¹ ex se radios crinitos ad aquilonem tendentes. Ad quam ² visendum, cum primo appareret, quodam vespere in castro de Edinburghe cum aliis ipse dux secedens, fertur, ipsum sic de stella differuisse, dicens, "Ut "à mathematicis audivi, hujusmodi Cometes, "cum apparet, signat mortem vel mutationem "alicujus principis, vel alicujus patriæ destru- "ctionem." Et sic evenit, ut prædixit. Nam, duce capto, statim in præjacentem materiam, sicut Deus voluit, redit stella. In hoc potuit iste dux Sybillæ Prophetissæ comparari, de qua sic loquitur Claudianus :

*Mirror cur aliis quæ fata pandere soles,
Ad propriam cladem, cæca Sybilla, taces.*

De natura Cometes habes supra, libro 3^o. C. 52.

*De Conflictu de Nesbit secundo, per nobilem Patri-
cium Hepburne de Hailis.*

CAPITULUM XIII.

POST recessum comitis Marchiæ de Scotia, ut ³ præmittitur, Anglici Scotis familia-ribus ipsius comitis, qui infirmitatem & secreta terræ nostræ peroptime cognoscentes, associati, multa mala Scotiæ intulerunt. Ad quorum ma-
litiam ex adverso propulsandam, quia ⁴ pro

1. Ex se omittit MS. Harl. 2. Visendam MS. Harl. 3. Prædici-
tur MS. Harl. 4. Deest pro in MS. Harl.

Johannis de Fordun

tunc comitatus Marchiæ & inhabitatores Marchiæ favebant dicto comiti domino suo nativo: Proceres & Nobiles Laudoniæ, de consilio & supportatione comitis de Dowglas, qui pro tunc occupabat castrum de Dunbar, cum comitatu inter se condixerunt, ut certi de majoribus patriæ principaliores Domini singillatim expeditionem facerent, & exercitum congregarent, ac Angliam hostilibus assultibus impugnarent. Quorum unus pro sua vice præfesset, & nomen equitatus sibi sumeret, cui etiam ceteri assisterent, & sibi, tanquam Capitaneo, obedirent. Incepit ¹ igitur ante alios nobilis & bellicosus vir Dominus Johannes de Haliburtone de ² Driltone, & viriliter cum Sociis ad terminum præfinitum in Angliam spoliando & conflagrationes faciendo processit, & salvus cum suis repatriavit. Consequenter secundo equitatu præfuit miles magnanimus & athleta bellicosus Patricius ³ Hepburne de Hales junior, patre præ nimia senectute, utpote octogenario & ultra, domi relicto. Qui laudabiliter se per omnia habuit in Anglia. ⁴ Sed quia alticordis erat, cupiens nomen suæ probitatis dilatari, contra consilium suorum Commilitonum, moratus est ibidem ulterius quam oportuit, vel definitum fuerat, per unum diem naturalem. Unde interim dictus comes Marchiæ, cum Belligeris &

1. Enim *pro* igitur in *MS. Harl.* 2. Dirltone *MS. Harl.* 3. De Hepburne de *MS. Harl.* 4. Set & quia *MS. Harl.*

potestate comitis Northumbriæ, cum suis Scotis fatis fortiter munitus, prævenit nostros Scotos apud Nesbit more in Marcia xxii. die Junii, anno Domini m.cccc.ii. ubi acriter hinc inde conflixerunt, donec indecentior pars Anglis deputata est. Sed tandem superveniens dominus Georgius de Dunbar, filius & heres dicti comitis, in xxx. equis habentes singuli duos fessores, ¹ qui recenter ex insperato in nostros irruentes, præ priori pugna & fatigatione contritos, victoriam de facili de ipsis obtinere. Ubi statim interfectus fuit Capitaneus nobilis Patricius de Hepburne præmissus, cum multis valentibus viris, quorum multi vulnerati postea moriuntur, alii arte Medicorum relevati tandem convaluerunt. Capti sunt ibi incliti milites, viz. Johannes & Thomas Halyburtone, Robertus ² Lavedere de le Bassis, Johannes & Willelmus Cokburne, cum multis valentibus armigeris, & quasi flos militiæ magnæ partis Laudoniæ. Domini Johannes & Thomas Halyburtone, obsidibus datis, postquam domum pervererunt in profluvio ventris occubuerunt. Eodem anno fundata est Capella beatæ Mariæ virginis, solemniter voltata contigue ad partem australem Chori Monasterialis ecclesiæ Sancti Columbæ de insula Emonia, per industriam Dominorum Ricardi de Aberdone Prioris & Thomæ Crawford, Canonorum ejusdem.

1. *Deest* qui in *MS. Harl.* 2. Lawdre de Bas, *MS. Harl.*

*Johannis de Fordun**De bello de Homyldone*

CAPITULUM XIV.

VOLENS igitur novus comes de Dowglas Archibaldus secundus habens pro tunc in custodia castrum de ¹ Edinburghe, gener regis, vindictam de Anglis expetere pro occasu Scotorum apud Nesbit, adiit gubernatorem Scotiae ducem Albaniam, petens ab eo auxilium ad fortificandum exercitum suum, quia de consilio suo dixit se Angliam velle visitare. Qui sibi concessit filium suum primogenitum Dominum Murdacum, cum multiplicata manu militum & proborum virorum. Collegit igitur exercitum grandem, anno quo supra, numero circiter ² 13000. pugnatorum, habens secum magistrum de Fyff filium gubernatoris, comites de Angus & Moraviae: & intrantes Angliam, depredati sunt eam ³ usque Novum Castrum. Et in redeundo praevenerunt eos Dominus Henricus Percy junior, alias Hatespur, cum comite Marchiarum Domino Georgio de Dunbar, & exercitu grandi, apud Milfeld, ubi comes de Dowglas ascendit locum eminentiorem, Homyldone vocatum, & sibi adventum praestolabatur Anglorum. Qui stantes in plano ex ad-

1. Edinburghe & Dunbar, gener *MS. Harl.* 2. x. m. pugnatorum, habens secum, praeter magistrum *MS. Harl.* 3. Usque ad Novum *MS. Harl.*

verso, tandem, ¹ de mandato Percy, volebant affilire Scotos. Sed comes Marchiæ retinebat Percy per frenum, dicens, eum non debere movere, sed debere mittere Sagittarios, & Scotos quasi signum ad sagittas posse de facili penetrare, & sic eos victos captivare, sicut rei exitus patefecit. Nam ad Scotos procedentes Arcitenentes Angli, ipsos sagittis confuerunt, & ad modum erinacii sive ericii, hispidos reddiderunt, manus & lacertos propriis Scotorum lanceis ² confixerunt, ubi asperimo imbre Sagittarum alios prostraverunt, alios vulneraverunt, & quam plures occiderunt. Quod attendens miles magnanimus Dominus Johannes Swyntone, tanquam voce horrida præconis exclamavit dicens, “O! commilitones incliti, quis vos hodie fascino non indulgere solitæ pro-
“bitati, quod nec dextris conferitis, nec ut viri
“corda erigitis ad invadendum æmulos, qui
“nos, tanquam damulas vel hynnulos impar-
“catos, sagittarum jaculis perdere festinant?
“Descendant mecum qui velint, & in nomine
“Domini hostes penetrabimus, ut vel sic vita
“potiamur, vel saltem ut milites cum honore
“occumbamus.” Hæc audiens insignissimus bel-
liger Adam de Gordon Dominus ejusdem, qui & ipse per magna tempora capitales contra dictum dominum de Swyntone inimicitias exercuit, interfectis ab utraque parte per diversos

1. Ex *MS. Harl.* 2. Transfixerunt *MS. Harl.*

conflictus valentioribus armigeris, flexis coram eo genibus veniam petiit, ac etiam ab eodem, tanquam à tunc probiore milite, in armis totius, ut asseruit, Britanniae se per ejusdem Domini Johannis manus in militem circumcingi. Quod & factum est, & ipsos sic reconciliatos secuta est venerandae militiae cohors centena, qui cum millenis Anglicis intrepide concertantes, & non sine magna strage Anglorum, tota illa concio Scotorum cecidit occisa. Creditum¹ utique fuit, & per Anglos, ut audivi, juratum, quod si ceteri Scoti, qui in monte de Homyl-done stabant, ipsos consimili impetu expetivissent, vel quod Anglici aufugissent, vel de ipsis Scoti victoriam obtinuissent. Hi etenim milites ibi ceciderunt, Johannes de Swyntone, Adam de Gordone, Johannes Levynstone de² Kalendar, Alexander Ramfei de Dalwli, Walterus de Sancto Claro, Rogerus de Gordone, & Walterus Scot, cum aliis quam pluribus valentioribus scutiferis, quorum mors non minus regno damnabilis quam flebilis extitit & dolenda. Captus ibi fuit valens miles, & inter sapientes primus,³ Dominus viz. Willelmus Stewart de Foresta, & coram Domino Henrico Percy⁴ juniore de traditione falso adjudicatus, pro eo, quod cum puer esset, antequam Tevidalia venit ad pacem regis, ipse, sicut ceteri,

1. Itaque fuit, per Anglos, *MS. Harl.* 2. Calenter *MS. Harl.*
3. *Deest* Dominus in *MS. Harl.* 4. *Deest* juniore in *MS. Harl.*

de Patria Anglicatus erat & de necessitate. De hoc acrius accusatus, sed sagaciter sua propria peroratione defensus, tres Anglorum assisas tanquam immunis evasit. Sed & dictus Percy, qui Hatespur dicebatur, inveterata ¹ excandescens malicia, probitati nimium & sapientiæ militis invidens, non passus est ipsum sic libertati donari: sed ² & de assentatoribus suis nova assisa electa, præpropere & perperam condemnatur, & tanquam traditor tractus & dimembratus, innocens Martyr pro justitia passus à plerisque etiam Anglis reputatus est. In ³ isto bello capti sunt Dominus Murdacus Stewart primogenitus gubernatoris, Dominus Archibaldus secundus hoc nomine comes de Dowglas, & uno lumine privatus, Thomas comes Moraviæ, & Georgius comes de Angus, qui in Anglia peste epidemiæ moritur. Capti sunt etiam ⁴ ibi, præter præmissos, hi milites, scil. ⁵ Domini Robertus Erskyn de Alway, Willelmus Abirnethi de Saltone, Jacobus Dowglas Magister de Dalketh, cum duobus fratribus suis, Jacobo & ⁶ Willelmo, Willelmus Erth ejusdem, cum filio suo & herede Hugone, Johannes Stewart de Lorne, Johannes Seton ejusdem, Willelmus Synklar de ⁷ Hildermanston, Jacobus Synklar de Lankirmakus, cum

1. Incandescens *MS. Harl.* 2. *Deest* & in *MS. Harl.* 3. Isto etiam bello *MS. Harl.* 4. *Deest* ibi in *MS. Harl.* 5. Dominus *MS. Harl.* 6. Willelmo, Georgius Lesli de Rothas, Willelmus Erth *MS. Harl.* 7. Hirdmanstone *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

filio suo Johanne, Patricius de Dunbar de Bele, ¹ Rogerus de Lesly de Rothas, Alexander Hume de Dowglas, Adam Forster de Corstorfyn, Willelmus Stewart de Angus, Robertus Stewart de ² Durster, Walterus Bigyrtone de Luffuofe, Robertus Logan de Lastalryk, Johannes Ramsey de ³ Grennok, Helias de ⁴ Kynnintouth ejusdem, Laurencius Ramsey de Clatty, Johannes Ker de Samelstone, Fergus Makdowal Galwidienfis, cum diversis aliis in festo exaltationis Sanctæ Crucis. Quid plura? Captus ⁵ est & redemptus quasi flos militiæ totius regni Scotiæ.

De obsessione castri de Coklawys.

CAPITULUM XV.

POST infaustum itaque bellum de Homildone, Henricus Percy, aliter Hatspur, multum confusus de consilio & auxilio comitis Marchiæ, de facili putabat Scotiam ⁶ usque mare Scoticum sibi posse subjugare; pro eo, quod probiores & valentiores in armis Laudoniæ apud Nesbit more, ac consimiliter Principes & Armidoctores principales Scotiæ devictos, captos & interfectos noverat apud Ha-

1. *Defunt* Rogerus de Lesly de Rothas in *MS. Harl.* 2. Durisdere, Walterus Bigritone de Luffafe, *MS. Harl.* 3. Crennok *MS. Harl.* 4. Kynnynmouth *MS. Harl.* 5. Est ibi & *MS. Harl.* 6. Usque ad mare *MS. Harl.*

myldone, tum etiam quia pro tunc habebant Angli in sua possessione optimos & quamplures equos, & quasi universas regni armaturas, proposuit incipere ad Marchias, & ibidem, quotquot invenire poterat, munitiones obsidere & prostrernere, & consequenter plano scemate conflagrationibus & destructionibus indulgere, & sic sine obice, ut putabat, usque mareoticum debachando procedere. Propter quod collecta secum Armatorum multitudine, una cum dicto comite Marchiarum, & suis Scotis ferocibus, subito ad turrim de Coklawis, quæ in confinibus Marchiæ in Tevidalia consistit, obsidionem instauravit, ubi, propter fulminationem Sagittantium, qui de intus erant, extra summum turrem levare capita non audebant. Propter quod Angli Trabiculis, & Magonellis, & aliis suis instrumentis machinalibus, turrim subintrantes muros celerrime dolaverunt. At illi viriliter de intus eis restiterunt ex adverso. Tandem ad tempus abstinentes à labore, inter Dominum Henricum Percy & valentem¹ armigerum Johannem de Grymslaw, Capitaneum castri, appunctuatum extitit & literis confirmatum, ut vel² rex aut gubernator, concessio Capitaneo sex septimanarum spatio, anno Domini M.CCCC.III. die castrum defendendo recuperaret, vel eo tunc Anglis isdem Capita-

1. Armigerum Dominum Johannem *MS. Harl.* 2. Rex Scociæ vel gubernator, *MS. Harl.*

neus cum omnibus bonis contentis & ¹ habitantibus in eo ipsum castrum in deditionem Anglis resignaret. Conventum est insuper, quod castrum ² interim non melioraretur ædificiis, nec pluribus personis defensoribus, victualibus vel armis innovaretur; sed in eodem statu consisteret usque tempus prænotatum. Ex hujusmodi pacto soluta est obsidio, & in recedendo contigit, quendam servum castri in fundo ipsius per Anglos cavato invenire instrumentum ferreum, bidentula sive ligo vel *mattok* vulgariter nuncupatum; cujus inventionem quidam Anglicus percipiens, accessit illico ad Percy, & dixit aperte, Scotos conventionem fregisse, ac eisdem propterea in nullo fidem ³ adhibere debere. Quod audiens Capitaneus castri, de assecurancia accessit ad Percy, & obtulit se duello contra quemcunque Anglicum ibidem præsentem, sibi comparem, ad defendendum servi factum, & quod in illatione illius instrumenti, à fundibulariis obliti, læsum nequaquam fuit pactum. Electo igitur ex milibus fortissimo Anglico armigero appellavit Capitaneum. Et utroque inibi sine mora consimili protecto armatura, alter alterum aggreditur, Anglicus prosternitur, & ibidem redemptione soluta in vasor Anglis liber redditur. Capitaneusque obses pro castro cum Percy proficiscitur, & ob pro-

1. *Habitatoribus MS. Harl.* 2. *Interim omittit MS. Harl.*
3. *Adhiberi MS. Harl.*

bitatem victoriæ plurimum ab Anglis collaudatur. Motivum ¹ forte, &, ut dicitur, fuit Percy, castrum de Coklawis ad illum finem obsidere, & sic in suspenso relinquere, ut occasione huiusmodi pacti Scotos ad congressum provocaret. Quia sciebat eos frontosos esse & animosos, tum etiam quia valentiores, ut præmissimus, bellatores in prioribus binis conflictibus erant quasi omnes interfecti vel ² capti, speravit, absque dubio, quod, adepta, si contingeret, de reliquis five Scotorum reliquiis unica campestri victoria, sine difficultate tota illa provincia usque ad mare foret Anglis deditio contigua. Sed verius, ut in sequentibus patebit, congregationem exercitus fecit, non ut castrum affligeret, sed ut dominum suum regem Angliæ Henricum confunderet, sicut patuit in bello de Schrewisbery. Sed quando homo firmius se putat proponere, & ad velle suum arduum quid reflectere, Deus, refugium infirmorum & virtus, adiutor in tribulationibus, qui circumdat suos nimis, novit aliter disponere, & in se dat sperantes propterea non timere, donec turbabitur terra, & transferantur ³ montes, quia tam mirabilis est in operatione sua, ut noverit bella auferre usque ad fines terræ, arcum conterere, arma confringere, & scuta igni ad comburendum mittere. Nam bellum illud putatum, & à

1. Forte fuit Percy, ut dicitur, castrum *MS. Harl.* 2. Captivi *MS. Harl.* 3. Montes in cor maris, qui tam *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

Scotis multipliciter formidatum, citra fines regni Angliæ apud Coklawis esse committendum in aquilone, transtulit feliciter statuto tempore, in convertendo captivitatem nostram, sicut torrens in austro apud Schrewisbery¹ commissum in confinibus Walliæ.

De rescursu de Coklawis per gubernatorem Robertum ducem Albanie.

CAPITULUM XVI.

INTEREA vero dum Coklawis obsideretur, Johannes Gledstane, Dominus ejusdem, tenuit se infra turrim, ab Anglis incognitum, & ex causa. Quibus à castro recedentibus, præsentavit se præsentia regis apud Botham tunc commorantis, exponens eidem modum obsidionis & pactum restitutionis ejusdem, si termino statuto non relevaretur. Propter quod acrius à rege corripitur, & ad gubernatorem cum literis regiis mittitur, ut, convocato consilio, quid patriancius sibi videretur, in tam grandi negotio provideret. Qui ad gubernatorem apud Faukland veniens, & legationis suæ materiam per extensum aperiens, dux primo obstupuit, & stultitiam manucaptionis negotii redarguit, & eidem sub pœna capitis inhibuit, ne aliqualem consolationem Anglis interim de non relevatione castri exhiberet, sed in bona spe

1. Commissum est in finibus Walliæ MS. Harl.

perfliteret, & quid finaliter in materia facturus
effet, infra breve fibi significaret. Sed quia
temporis brevitatis non paffa est ut confilium
generale convocaretur, fcripfit gubernator un-
dique majoribus & fapientioribus Prælatibus &
Magnatibus è vicino, ut fibi confulerent, quid
in materia tam ardua foret faciendum. Qui in
Fawkland congregati refponderunt avifate di-
centes, quod tutius effet, ut ¹ fibi pro tunc vi-
debatur, Anglis reddere municipium, quam pro
fuccurfu tantillæ turris periculo fupponere re-
gnum. Et cum de omnibus non fuiffet nec
unus ² quidem inventus, qui ³ contra fapiebat,
dux, aliquantulum commotus, è medio feden-
tium affurgens in hujusmodi verba prorupit,
dicens, “Die illo ftatuto Deo & Sancto Felano
“devoveo me ibidem vita comite interesse,
“quamvis nullus mecum comitetur nifi puer
“meus Patricius, dextrarii mei feffor,” eodem
Patricio de Kynbuk tunc fortuitu à longe ftan-
te, & per ducem indice demonftrato. Miranti-
bus autem univerfis animofitatem ducis, præ
gaudio lachrimantes dixerunt, “Confirmet hoc
“Deus quod operatus est in te, & nos, ponentes
“fpem in altiffimo, qui milites hîc fumus, pro-
“mittimus tibi non deeffe in tam feriofo ne-
“gotio.” Quid plura? Gubernator omnibus,
per quos regni honorem credidit exaltari, mif-

1. Eis *MS. Harl.* 2. Quidam *MS. Harl.* 3. Contrarium fapiebat, *MS. Harl.*

fis cursoribus sub celeritate scripsit, ut die & loco præstatutis meliore suo modo venire non postponant. per quamlibet enim literam suam missivam, ad quoscunque pervenerat, sic confortati sunt, quod omnes, quasi ad epulas invitati, præfixo termino lætantius pervenerunt. Sed quia diversa alia municipia inferius de patria, post flebile bellum de Homyldone, traditione Scotorum in manibus erant Anglorum, dux cum exercitu illuc prius divertit, & inter alia, castrum de ¹ Inverwike in Laudonia, non sine damno suorum, viriliter obtinuit, & ad terram prostravit, & abhinc ad Coklawis, habens secum in exercitu ² quinquaginta millia equitum, & fere tantorum peditum, expeditionem duxit. Nec tamen in tanta multitudine fuit unus, qui non credidit, congressionem fieri inter gubernatorem & Percy, quique illo tempore, ut satis erant informati, exercitum collegit copiosum. Dum hæc itaque sic se haberent, lis mortalis & discordia exitialis exoritur inter regem Henricum Angliæ & dictum Dominum Henricum Percy. Cujus felici discordia turris de Coklaw ab insultu Anglicorum huc usque permanfit illibata. Cum igitur gubernator cum suo exercitu appropriabat ad castrum, nil aliud sperans quam bellum, ad suum singulare colloquium admisit certum nuncium, sibi secretius

¹. Inverbeik *MS. Harl.* ². Quinquaginta M. militum equitum, *MS. Harl.*

auriculantem, suum & regni adversarium, de Percy dictum Henricum, apud Schrewisbiri fuisse occisum. Propter quod præcepit nuncio hæc nova præterire silentio. At dum gubernator ipsum castrum de Coklawis exercitu suo fecerat circundari, Haraldi voce horrida fecit illa nova, Scotis appetibilia, in altum proclamari. Quæ, quæso, poterat lingua retexere, quæ vel quot gaudia cunctos resperferant? Propter quod incolæ laudabant Dominum pro sibi plurima collata gratia. Et abhinc prospere reversus est unusquisque ad propria.

De bello de Schrewisbery.

CAPITULUM XVII.

CIRCA idem tempus Henricus Percy junior, collecto grandi exercitu ad invadendum, ut communis fama erat, castrum de Coklawis: sed aliud mente habuit, viz. ad invadendum & confundendum regem Angliæ, pro eo quod seduxit eum & etiam patrem ejus, ut prætendebat, quando post forbannitionem¹ consenserunt eidem ad reditum Angliæ, non tamen ad invadendum coronam. Et, ad propositum suum de subversione regis concludendum, confederati erant² ei dux Eboracensis, & comites de Staffurd & Arundel, cum multis aliis, sicut in certis Ragmannis conventum fuit. Atten-

1. Consensit *MS. Harl.* 2. Deest ei in *MS. Harl.*

dens ergo rex, de consilio Domini Georgii comitis de Dunbar, qui tunc erat secum, quod dictus Percy exercitum suum collectum tam de partibus australibus Walliæ & Angliæ, quam de aquilonalibus Northumbriæ &c. & quod non properaret versus Coklawis, timuit, & exercitum suum collegit, cum quo erant præmissi, dux ¹ scil. Eboracensis & comites, nec non Dominus Thomas Percy frater senioris Henrici, qui de nocte recessuri erant à rege, & cum quibus fuit maxima pars exercitus regis. Junior Percy, præcipitanter omnia agens, noluit expectare crastinum, ut prius condictum erat. Cui rex sub dolo nuncium misit, exhortans eum, ut parceret effusioni sanguinis, & si sibi videbatur, quod injuste coronam usurpasset, convocato Parlamento, ad insinuationem Prælatorum & Procerum, coronam deponeret, & debenti eam tradi consentiret. Cujus blæsis oblationibus & promissis junior Percy effractus indixit exercitui, ut sibi hospitia pro hac nocte capefferent. Qui dum hinc inde dispersus fuerat, interim rex cum exercitu ultra quendam strictum passum Percy appropinquabat. Quod Percy audiens, buccinis exercitum suum revocare conatus defecit, & cum paucis in facie regi restitit, & occisus est. Ubi insignissimus belliger Archibaldus comes secundus de Dowglas, qui prius captus fuit apud Homildone, tunc ex parte Percy

1. *Deest scil. in MS. Harl.*

agonizans tantam stragem exercuit, ut, præter alios, & tres reges sophisticatos prætextu veri regis Henrici, utpote habentes tunicas armorum & regias coronellas supra cassides, cum grandi clava interfecit. Ubi tandem & ipse captus, & de uno testiculo castratus, (sicut & prius apud Homildone monoculatus,) grande nomen inter omnes tempore suo super terram conquisivit. Ibi interfectus fuit nobilis miles Scotus Robertus Stewart de Hertsthaw, qui consilium dedit de congregiando, dicens Scotis ibidem præsentibus, se fore fideliter vastandos ad finem, quod flos Angliæ ibidem emarcefferet. Interfecti sunt ibidem ex parte regis comes de Stafford per comitem de Dowglas, Dominus Walterus Blounte miles strenuus, Dominus de Daperwiche Cowrt, Dominus Johannes Masse de Podington, Dominus Fewater, cum multis aliis ad numerum 7000. Ex altera parte interfecti sunt Henricus Percy comes Northumbriæ, & Thomas Percy comes Wircettir, cum aliis ad² summam 700.

De captione regis Jacobi primi super mare, & morte Patris ejus.

CAPITULUM XVIII.

ANNO Domini M. cccc. iv. Dominus Henricus de Wardlaw, novus episcopus Sancti

1. Feliciter *MS. Harl.* 2. Numerum *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

Andreae, vir magnarum expensarum, castrum suum recepit. In quo, conservationis gratia, Jacobum, tunc comitem de Carrik, regis genitum & heredem, puerum XIV. annorum, benigne suscepit: ac ipsum, cum quodam suo coetaneo, Henrico viz. de Percy tertio, qui paulo antecum avo suo Henrico seniore comite Northumbriae, Domino Honoris de Cokirmouth, in Scotiam ad Asilum fugerat, feloniam declinans regis Angliae Henrici quarti, humanissime tractavit. Sed ibi parvo tempore dictus comes de Carrik princeps regni demoratur, cum ecce rex pater suus, pro securiori consultus, praemissum principem filium suum, cum nobili viro Domino Henrico de Sancto Claro secundo comite Orchadiae, & honesta familia, clam constituit mittendum in una Borgia ad confederatum suum Dominum Carolum, Francorum regem, ut, ibidem moribus imbutus, cum aetatem virilem attingeret, securius repatriaret, & regnum suum prudentius gubernaret. Expectans ¹ itaque princeps oportunitatem navis apud Insulam de le Bas, ibidem cum suis navem ascendit, & in mari ² coram Flamburgheid ³ incidit in manus Anglicorum. Ab iisdem xxx. die Martii captus est, & in ⁴ castrum de Penvai arctae custodiae deputatus, donec per regem ⁵ Angliae Henricum quintum, depopulantem

1. Utique *MS. Harl.* 2. Apud *MS. Harl.* 3. Cecidit *MS. Harl.*
4. Castro *MS. Harl.* 5. Franciae *MS. Harl.*

Franciam, eductus secum stetit ibi ad revocandum comitem Buchaniæ & Scotos, qui ad auxiliandum Francos ibi missi erant per Dominum Robertum gubernatorem Scotiæ; sed nichil ibi profecit. Et quamvis paulo ante trebæ erant¹ tunc inter regna tam per mare, quam per terram captæ, in Anglia nihilominus per XVIII. annos princeps detentus erat & captivatus apud eos.² Commeatus autem erat eo tunc principem usque ad recessum ejus in navi Dominus David Fleming de Cummernolde, cum valida manu Procerum Laudoniæ: & in redeundo Jacobus de Dowglas, (filius Domini Archibaldi³ primi comitis ejusdem: qui⁴ Jacobus nunc de præfenti comes existit) provocatus per Alexandrum de Setone, qui postea fuit Dominus de Gordone, de Edinburghe recessit, & cum sibi faventibus infecutus est dictum Dominum David, quem apud Langhirdmanston More apprehendit: ubi dira pugna commissa, occisus est Dominus David XIII. die mensis Februarii, captis ibidem diversis nobilibus & militibus, ac denuo libertati donatis. Cum vero rex Robertus captionem filii sui audierat sedens ad coenam in castro suo de Rothfai, quod & Botha vocatur, tactus dolore cordis intrinfecus ad auditum nuncii, spiritus ejus continuo defecit, vigor cor-

1. *Deest tunc in MS. Harl.* 2. *Commeatus eo tunc erat principem MS. Harl.* 3. *Deest primi in MS. Harl.* 4. *Jacobus comes de præfenti,) tunc provocatus MS. Harl.*

Johannis de Fordun

poris emarcuit, vultus palluit, & præ tristitia de post cibum non sumpsit, donec Creatori suo spiritum exhalaret. Obiit autem apud Botham iv. Kal. Aprilis, i. e. Dominica Palmarum, & in Pasleto ante magnum altare ¹ tumultatus, anno regni sui xvi. Unde,

*Quadringentesimo ² quinto mille sibi juncto,
A data Christi anno mortem subit iste,
Tertius Robertus Aprilis quarto Kalendas,
In Botha leto cessit, pausatque Pasleto.
Qui rex Scotorum vivat in æde Polorum.*

De qualitate personæ & morum regis Roberti tertii.

CAPITULUM XIX.

IN diebus hujus regis extitit in regno magna fertilitas victualium, set maxima discordia, rixa & briga inter Magnates & Proceres, quia rex, tanquam corpore invalidus, rigorem nunquam exercuit. Et propterea, timore sublato, verificatur quod ait Poëta:

Sub molli Pastore lupus lanam catat & grex.

Interruptiones etiam sæpissime super marchias fuere & ignaves treugæ, veruntamen pro tunc validissimi marchiani fuerunt, qui ausus & attemptata Anglorum viriliter coërcuerunt. Erat autem prædictus rex statura procerus quanquam claudus, facie pulcherimus, prolixam habens

1. Tumilatur *MS. Harl.* 2. Quarto *MS. Harl.*

barbam nivæ canitiæ venustatam, varios etiam oculos hilaritatem semper prætendentes, genas oblongas & rubicundas omni decentia amabili floridatas. Observatricem insuper virtutum, humilitatem viz. comitem indefinenter quocunque pergeret secum circumduxit. Quæ eum in tantum gratum hominibus reddiderat, ut cunctis suis liegiis, tam ob placitum vultum, quam humilitatis indicium, in ipsum oculos infigere putabant gratiosum. Si igitur humilitas in paupere sit semper grata, profecto & in principe erit gratiosa. Quanto igitur, ait Scriptura, magnus es, humilia te in omnibus, & invenies gratiam coram Deo & hominibus. Erubescant & reveantur principes elati, ubi credunt locum habere superbiam, cum coelum & terram humilitate audiant decoratam. Una itaque dierum cum nobilis regina, hujus mitissimi regis conjunx, dum viveret, Anabella inquireret ab eo, quare non, ut ceteri reges prædecessores sui, pro honorabili monumento provideret, & quid excellentioris commendationis pro epitaphio ejus circumscribi definirer, sic fertur regem sibi respondisse: “Quasi una de mundialibus mulieribus locuta es, quia, si bene consideravero quid, quis & qualis sim; quid in natura, quia sperma foetidum; quis in persona, quia esca vermium; & qualis in vita, quia miserimus hominum; tanquam nihilum curarem
“superbum erigere tumulum. Habeant igitur
“hi

Johannis de Fordun

“ hi homines dilucida monumenta, qui in hoc
 “ seculo ambiunt honorum oblectamenta. Ego
 “ autem præoptaverim sepeliri in imo sterqui-
 “ linii, ut spiritus meus salvus fiat ¹ in die Do-
 “ mini. Sepelite me igitur deprecor in sterqui-
 “ linio, & scribatis pro meo epitaphio, *Hic ja-
 “ cet pessimus rex & miserrimus hominum in universo
 “ regno.*” Post cujus obitum frater ejus dux
 Albanix Robertus ratificatus est de novo per
 tres status in regni gubernatorem, rege nostro
 Jacobo tunc in Anglia detento. Eodem anno,
 iv. die Martii, burgus de Stryveling fortuito
 casu comburitur. His diebus fugerunt multi de
 Anglia à facie Henrici quarti, & in Scotia ad
 regem Ricardum venerunt. Venit enim Do-
 minus Henricus Percy senior, cum nepote suo
 Henrico juniore, qui paulo ante venerat, & cum
 principe nostro Jacobo primo coævus in castro
 Sancti Andreae extiterat. ² Venitque tunc tem-
 poris Dominus de Bardolf cum diversis ho-
 nestis personis, & duo episcopi Wallenses, viz.
³ Dominus Griffinus episcopus Bangorensis, &
 alius episcopus, scil. Assavensis, & abbas de
 Welbek. Quo in tempore rex Ricardus non
 potuit induci, neque per gubernatorem, vel
⁴ aliquos quoscunque, ad habendum ⁵ familia-
 riter colloquium cum comite Northumbriæ.

1. In domo Domini. Sepelite igitur, inquit, me deprecor in imo sterquilinio, *MS. Harl.* 2. Veneratque *MS. Harl.* 3. Dominus *omissis MS. Harl.* 4. Alios *MS. Harl.* 5. Familiare *MS. Harl.*

Qui

Qui comes, dum in Scotia perstiterat, scripsit literas suas Northumbrensis suis olim subditis & amicis, sperans per eos debellare regem suum, & possessiones suas recuperare, & præ ceteris, confidens in quodam milite suo, Ricardo Rukbi nomine, qui ad eum in Scotia rescripsit, consulens, ut, assumptis secum nonnullis Scotis, Northumbriam plane intraret, & infra paucos dies Anglici ad eum confluerent, ita quod rex Henricus metu mirabili percelleretur, & tunc vel regnum, aut ad omne minus de ipso placabilem tractatum reportaret. Credens igitur Percy consilio Rukby, præter voluntatem & contra consilium gubernatoris, ut regnum Angliæ intraret, ad mortem illico festinavit. Constituto certo die per Rukbi & loco, ad quos comes Northumbriam repeteret, interea regem Henricum de adventu ejus præmunivit. Qui clam congregationem per Rukby constituit, & dictum Percy apud Wydderbymore decepit. Ubi anno Domini M.CCCC.VI. interfectus¹ est, una cum Domino de Bardolff, quorum capita dilata sunt ad opida famosiora, & in palis suspensa. Hoc anno occidit Parisius dux Burgundiæ ducem Aurelianensem proditorie per Reynoldum Octovile Normannum, in die Sancti Clementis de nocte. Cujus funus ad sepeliendum cum aliis detulit dictus dux. Anno sequenti fuit bellum de Liegez, ubi devicti sunt

1. Est, cum dicto Domino *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

Leodienses per Johannem ¹ Baveris fratrem ducis Hollandiæ, cum potentia ducis Burgundiæ. Cum quo fuit Alexander Stewart comes de Mar, cujus consilio ascripta est victoria duci. Dimicatum ² fuit propter episcopatum Leodiensem.

De combustione Jacobi Resbi Hæretici apud Perth.

CAPITULUM XX.

EODEM anno die combustus est Jacobus Resbi, Presbiter Anglicus de schola Johannis Vyklyff, Hæreticus condemnatus in consilio Cleri sub magistro Laurentio de Lundoris, inquisitore hæreticæ pravitatis, solidissimo Clerico & famoso Theologo, vitæ sanctitate quamplurimum collaudato. Qui quidem Jacobus ³ quamvis interdum celeberrimus reputabatur simplicibus prædicatione, periculosissimas tamen conclusiones interspererat in sua dogmatizatione. Quarum prima fuit, quod Papa de facto non est Christi vicarius. ^{2da}. Nullus est Papa nec Christi vicarius, nisi sit sanctus. De consimilibus, vel pejoribus tenuit 40. conclusiones. Cujus tam scripta quam autorem inquisitor confutavit, & ad ignem applicavit & incineravit. Hujusmodi errores excerpti sunt de hæresibus dicti Johannis Wykleff Hæresiarchæ,

1. Vaneris *MS. Harl.* 2. Enim *pro fuit in MS. Harl.* 3. Licet *MS. Harl.*

damnati

damnati Londoniis in Anglia anno Domini M.CCC.LXXX. per Primate[m] Angliæ, & 13. episcopos, ac magistros in sacra Theologia 30. ex Dialogo, Trialogo, & aliis libris suis. Conclusiones & libelli istius Hæretici adhuc à nonnullis Lolardis habentur in Scotia, & curiose servantur ex instinctu Diaboli per tales, quibus aquæ furtivæ dulciores sunt & panis absconditus suavior. Quicumque schola hujus sceleratissimæ doctrinæ semel imbuti fuerint & radicati, vix aut nunquam ad unitatem fidei perveniunt. Raro etiam vel nunquam memini, me tales conspexisse Christiano more in Domino obdormire. Et nec mirum. quia tales sunt Gog & Magog, in gregem Domini & ¹ Papam, ut antichristicolæ, clamque palamque malignantes. Sunt etiam miliares, à Dæmone miliari derivati, qui artes habent mille fallendi. Sunt etiam Dracones, in aëra, i. e. per patrias, advolantes, in terris, i. e. ² terrenis, reptantes, & in aquis, i. e. ³ superficiis Scripturarum, natantes. Sunt etiam semen nequam Chanaan & non Juda. Filii scelerati, filii mentiti & inveterati, claudicantes à legis semitis, quibus nos ut cribraret sicut triticum expetivit Sathanas. Isti sunt qui ponunt in thesauris abyssos, & congregant sicut in utre aquas maris. Sacramentum poenitentiae restinguentes, vocalem confessionem enervantes, um-

1. Populum *pro* Papam in *MS. Harl.* 2. In terrenis, *MS Harl.*
3. In superficiis *MS. Harl.*

bras attemptantes construere in Palatia regalia, solares radios claudentes gremio, ac modio ingurgitantes mare oceanum, statera librantes dolosa fontes aquarum. Isti sunt qui errant corde, qui corde non credunt ad justitiam: quibus nec ore confessio fit ad salutem. Sacramentum poenitentiae irritantes, quibus dicit Dominus, *Furavi in ira mea, si, pro, non¹ nunquam, ² introibunt in requiem meam.* Isti sunt de quibus in Apocalypsi, *nec calidi, nec frigidi, sed tepidi sunt,* hoc est, in parte Christiani & in parte prophani. Qui Sanctae matris ecclesiae provocant nauseam, ad eos de numero salvandorum evomandum. Isti sunt qui peregrino procurato lumine conantur cernere solem, nequaquam philosophantes, quod Sol duntaxat proprio lumine videatur: sed ut fides alienis radiis valeat corruscare. Isti sunt qui³ nunc in statu praesenti Manna absconditum conantur referare, id est, ipsam fidem in claram scientiam convertentes, tunc pro nunc transponentes, nec nunc pro tunc advertentes, quod tunc non nunc evacuabitur, quod ex parte est. Et nunc non tunc ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Isti sunt de quibus Paulus ad Timotheum, *In novissimis, inquit, temporibus⁴ decedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis Dæmoniorum.* Sed notate Paulum, fidem alibi in Epistola pensan-

1. F. unquam. 2. Intrabunt *MS. Harl.* 3. Nunc & in *MS. Harl.* 4. Descendent *MS. Harl.*

tem. Si, inquit, *Angelus de Cælo evangelizaverit præterquam evangelizatum, anathema*¹ est. Isti sunt ut² lumina lippis ex intuitu rationis nimium elevato, per fidei radios repercusso: cum fides fit substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Isti sunt magistri ab unitate fidei divisi. Contra quos Christus in evangelio, *Non vocemini magistri, unus est enim magister vester.* Quod exponens Augustinus libro Retractionum ait, *Quam diu teneatur una fides, unum Baptisma, tam diu unus est magister vester Christus, ad quem reducti estis; sed quum fides dividatur per varia schismata, hæreses & falsa dogmata opinionum, ab unitate divisi, plures estis effecti magistri, per quos seducti estis.* Quid igitur hæreticabilius est, quam dicere, quod Papa de facto non est vicarius Christi? Quia potest clare omnibus constare, & verum est, aliquem de facto esse Christi vicarium. Alioquin ecclesia esset acephala, quantum ad caput ministerii. Et³ ille est Papa, ergo per conversionem, Papa de facto est⁴ Petri vicarius. Item esse vicarius Petri notat officium plenum, seu plenitudinem potestatis, ligandi atque solvendi in utroque foro, ut supponitur ex dictis Doctorum ab ecclesia approbatorum: sed solus Papa habet plenitudinem potestatis ligandi atque solvendi in utroque foro, quia ipsi soli commissa est cura universalis totius gre-

1. Sic MS. Harl. 2. Lia pro lumina in MS. Harl. 3. Ille qui est MS. Harl. 4. Christi pro Petri in MS. Harl.

gis dominici, ratione cujus, officium & hujusmodi seu potestas est in ecclesia. Petro namque² tunc dictum est, *Pasce oves meas*. Item si sic hoc videtur esse, quia Papa, qui nunc est, non est conformis Petro in vita & moribus. Sed hoc non obstat. Alias oporteret ad hoc, quod aliquis esset Petri vicarius, quod esset³ factus sicut Petrus. Et sic⁴ sequitur, quod non liceret eligere Papam, nec Sanctum eciam, quod non posset absolvere vel ligare loco Petri nisi esset Sanctus. Et consequenter quod non liceret eligere Papam, nec electi exercere officium Petri, cum de nullo constare⁵ possit in vita ista, ipsum esse sanctum vel immunem à mortali peccato, dicente Scriptura: *Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato?* Quasi diceret, *Nullus*. Per hujusmodi rationes confutabat magister Laurentius Inquisitor dictum Jacobum hæreticum. Qui etiam & sui similes confutandi sunt per librum Revelationum Brigittæ, cui, ut libro VII. ca. 7. responsum est per Mariam quærenti in consimili hæresi, ubi Domina nostra sic dicit: "Dic etiam illi ex parte mea, qui respon-
"debit etiam illis, qui Papam dicunt non esse
"verum Papam, nec⁶ id esse verum corpus
"Christi filii mei, quod Sacerdotes in altari
"conficiunt, quod ipse respondeat hæreticis

1. Hujuscemodi *MS. Harl.* 2. *Deest tunc in MS. Harl.* 3. *Sanctus pro factus in MS. Harl.* 4. *Sequeretur MS. Harl.* 5. *Posset MS. Harl.* 6. *Illud MS. Harl.*

“ sic : vos vertitis occiput ad Deum, ⁊ non vide-
 “ tis eum. Vertatis ergo ad eum faciem, &
 “ tunc poteritis eum videre. Nam vera & ca-
 “ tholica fides est, quod Papa, qui est sine hæ-
 “ resi, quantumcunque aliis peccatis sit com-
 “ maculatus, nunquam tamen est ita malus ex
 “ illis peccatis, & ex aliis suis malis operibus,
 “ quin semper sit in eo ⁊ plena auctoritas & per-
 “ fecta potestas ligandi & solvendi animas.
 “ Quam auctoritatem ipse beatus Petrus habuit
 “ & ⁊ assumpsit à Deo. Quia multi summi Pon-
 “ tifices fuerunt ante Johannem Papam qui sunt
 “ in inferno. Nihilominus tamen ipsorum iusta
 “ & rationabilia iudicia, quæ in mundo fece-
 “ runt, stabilia & approbata sunt apud Deum.”
 De hoc infra libro XVI. c. XXII.

*De destructione castri de Jedwod, & restitutione ca-
 stri de Dunbar comiti, & de bello de Harlaw.*

CAPITULUM XXI.

ANNO Domini M.CCCC.IX. captum est ca-
 strum de Jedwod quam feliciter per me-
 diocres Tevidaliæ, & ad terram prostratum.
 Sed quia cæmentum ipsius valde tenax & du-
 rum erat, non sine maximo labore fractum fuit
 & comminutum. Ad quod dirimendum con-
 clusum fuit in concilio generali apud Perth pro

1. Et non *MS. Harl.* 2. Perfecta auctoritas & plena potestas
 ligandi & absolvendi animas *MS. Harl.* 3. Accepit *MS. Harl.*

taxa levanda, ne forte Anglici reædificarent id, viz. duos denarios de unaquaque domo focali, cui restitit gubernator dicens, quod nunquam tempore suæ gubernationis fuerat taxa levata, nec etiam levaretur, ne pauperes sibi maledicerent, qui talem abusum introduceret. Sed statim ¹ assignavit Marchianis de custumis regiis expensas fieri pro direptione castri, unde benedictiones plebium quæsit super numerum. Eodem anno Dominus Georgius comes Marchiæ restitutus est ad castrum suum de Dunbar, & ad comitatum Marchiæ, non tamen sine aliqua dimembratione possessionum ipsius. Nam antequam Archibaldus secundus hoc nomine comes de Dowglas ad hoc consentiret, in saisinam recepit pro se & heredibus suis masculis de corpore suo, in recompensationem castri de Dunbar, castrum de Lowmaban, cum toto dominio Vallis Anandiæ. Et quia Walterus ² de Haliburtone, Dominus de ³ Dirltone, gener tunc gubernatoris, qui desponsavit filiam ⁴ ejus Isabellam comitissam de Rosse, fuit mediator inter ipsum comitem Marchiæ & gubernatorem, possessionem suscepit hereditariam quadraginta libratarum terrarum in villa de Brigeame, sibi & heredibus perpetuo remansuram. Eodem anno fuit validus ventus in die Sancti Kentigerni. Cujus impetuosa procella arbores syl-

¹ Assignavit de Marchianis de cust. *MS. Harl.* ² De *omissis MS. Harl.* ³ Dirltone *MS. Harl.* ⁴ Suam *MS. Harl.*

varum radicitus sunt evulsæ, domus & ecclesiæ dirutæ, naves & batellæ submersæ. Excussit etiam gabulum australe magnæ ecclesiæ monasterialis Sancti Andreæ, cujus vehementia grandes lapides corruentes perforaverunt dormitorium & etiam inferius Capitulum. In quo paulo ante & à casu secessit venerabilis vir Dominus Thomas de Cupro Canonicus & Supprior domus, licentiatus in decretis, ¹ qui à multitudine & gravitate casus lapidum præventus, contritus & conquassatus fuit in scapulis & in tibiis, quibus infra paucos dies spiritum exhalavit. Anno Domini m. cccc. x. Patricius de Dunbar, filius dicti comitis Marchiæ, non minus subtiliter quam viriliter cepit fortalicium de Fastcastel, capto Capitaneo ejusdem Anglico, qui Thomas Holden vocabatur, qui multa ² mala in Laudonia, tempore quo stetit perpetravit, tam per mare quam per terram. Eodem anno casualiter incensa est villa de Cupro. Anno Domini m. cccc. xi. in vigilia Sancti Jacobi Apostoli, conflictus de Harlaw in Marria, ubi Donaldus de Iles, cum decem milibus de Infulanis, & hominibus suis de Rosse, hostiliter intravit terram, omnia conculcans & depopulans, ac in vastitatem redigens, sperans in illa expeditione villam regiam de Abirdene spoliare, & consequenter usque ad aquam de Thaisia suæ

1. Qui multitudine ac grav. c. l. præventus & conquassatus fuit
MS. Harl. 2. Deest mala in *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

subjicere ditioni. Et quia in tanta multitudine ferali occupaverunt terram sicut Locustæ, conturbati sunt omnes de dominica terra qui videbant eos, & timuit omnis homo. Cui occurrit Alexander Stewart comes de Mar, cum Alexandro Ogilbi vicecomite de Angus, qui semper & ubique justiciam dilexit, cum potestate de Angus & ¹ Ivernys, & facto acerrimo congressu, occisi sunt, ex parte Comitum de Mar, Jacobus Scrimgeor, Alexander de ² Irewin, milites, Willelmus de Abernethi, (filius & heres Domini de Saltone, nepos gubernatoris,) Alexander Strayton Dominus de Lawrenston, Georgius de Ogilbi heres Domini ejusdem, Jacobus Buvale, Alexander de Strivelyne, & alii valentes armigeri: nec non Robertus David ³ Consul del Werden, cum multis burgenfibus. De parte insularum cecidit armidoctor Maclane nomine, & Dominus Donenaldus Capitaneus fugatus, & ex parte ejus occisi nongenti & ultra, ex parte ⁴ nostra 500. & fere omnes generosi de Buchane. De hoc bello metra,

Anno milleno quater C. X. simul uno

Præfero Jacobi fuit hæc victoria facti.

⁶ Incontinenter post bellum dux ⁷ Albanix, con-

1. Merniz *MS. Harl.* 2. Irewin, Robertus Mailwele, Thomas Murrave, milites, Willelmus de Saltone (filius & heres Domini de Saltone, nepos Domini gubernatoris) Alexander Straitone de Laurenstoune *MS. Harl.* 3. Consul de Abirdene *MS. Harl.* 4. Altera pro nostra in *MS. Harl.* 5. In festo pro præfero in *MS. Harl.* 6. In continente *MS. Harl.* 7. Albanix gubernator, cong. *MS. Harl.*
gregato

gregato exercitu, accessit ad castrum de Digwall, quod fuit Domini insularum, & id recepit, & eidem custodiam deputavit. Et in frequenti æstate collegit tres exercitus ad invadendum Dominum insularum. Cui idem occurrit apud Polgilbe, & de pace conservanda & indempnitate Liegiorum regis juramenta & obfides præstitit.

De fundatione Universitatis Sancti Andree.

CAPITULUM XXII.

ANNO præcedenti, scil. Domini M.CCCC.X. post festum Pentecostes incepit studium generale Universitatis in civitate Sancti Andree de Kilremonth in Scotia, tempore Henrici de Wardlaw episcopi, & Jacobi Biset prioris ejusdem Sancti Andree. In qua cœperunt primo legere magister Laurentius de Londoris, magnus Theologus & vitæ venerabilis vir, quartum¹ Summarum, & in jure Canonico² Decreta magister³ Ricardus Orvel Doctor Archidiaconus Laudoniæ, & de mane in eadem facultate Dominus Johannes Litstare licentiatus in Decretis Canonicus Sancti Andree, & de mane in eadem facultate magister Johannes Schewes Officialis Sancti Andree, & magister Willelmus

¹. Sententiarum *MS. Harl.* ². *Deest* Decreta in *MS. Harl.* ³. Robertus Cornel Doctor *MS. Harl.* ⁴. Et consequenter in eadem *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

¹ Stensone qui postea fuit Dunblanensis Episcopus. Et in Philosophia & Logica magistri Johannes Gille, Willelmus Fowlis & Willelmus Croiser. Et ita continuabant Lecturas, ante confirmationem privilegiorum, per duos annos & dimidium. Tandem anno Domini M.CCCC.XIII. III. die Februarii, hoc est, ² crastino Purificationis nostræ Dominæ, Sabbato scil. F. litera, venit ad civitatem Sancti Andreae privilegiorum bajulus ³ Henricus de Ogilby, magister in artibus. Ad cujus jocundum adventum pulsatum est classicum omnium ecclesiarum civitatis. Et in crastino, hoc est, dominica sequenti, facta solemni congregatione totius Cleri, præsentatæ sunt in refectorio, propter hoc honorifice præparato, hora ix. Bullæ privilegiorum Domino episcopo ⁴ almæ Universitatis Cancellario. Quibus in conspectu omnium perlectis, *Te Deum laudamus* canora voce ⁵ præcedentes usque ad magnum Altare Clerus & Conventus decantabant. Quo cantato, & omnibus genua flectentibus, episcopus Rossensis versiculum de Sancto Spiritu, ⁶ & collectam, *Deus qui corda*, pronuntiabat. Reliquum vero hujus diei transfegerunt cum inæstimabili jocunditate, & per totam noctem fecerunt per vicos & plateas civitatis

1. Stephani qui *MS. Harl.* 2. In crastino *MS. Harl.* 3. Alexander de Ogilby *MS. Harl.* 4. Almæ hujus Universitatis *MS. Harl.* 5. Procedentes *MS. Harl.* 6. Cum collecta, Deus qui corda, &c. pronuntiabat *MS. Harl.*

ignes copiosos, bibentes vinum in lætitia, stantentes ¹ insuper ad sequentem ² proximam diem Martis solemnem fieri processionem, ut celebrarent festum adventus privilegiorum cum ipso eodem festo adventus reliquiarum. Quis autem de facili ³ possit explicare quæ in illa processione facta sunt Cantica dulcissima Clericorum, tripudia populorum, pulsationes classiorum, sonus organorum? Prior eo die de Sancto Spiritu magnam missam solemniter celebravit. Episcopus Rossensis sermonem ad Clerum peroravit, & Bedellus ad hanc processionem, præter mirabilem multitudinem populorum, quadringentos præter clericulos & friandos numeravit, ad Dei gloriam, & Universitatis laudem & honorem. Sed unum modernis temporibus in universitate non solum reprehendendum, sed & reformandum, quidam esse putant, viz. quod cum Clerici incipiunt sapere, & gradus in scolis apprehendere, mox scolas relinquunt, & sic scientiam, quæ ipsos honorare deberet, prostituunt. Contra tales invehit Hugo in suo Didascalicon, scribens uni, qui, post arreptum gradum in scolis, ipfas deserere ⁴ disposuit, dicens, “ Si post alphabetum discere contempsisses, nunc “ inter Grammaticos tantum nomen non haberes. Scio ⁵ quidem esse, qui statim philoso-

1. Igitur *pro insuper in MS. Harl.* 2. *Deest proximam in MS. Harl.* 3. *Possit MS. Harl.* 4. *Proposuit MS. Harl.* 5. *Quosdam pro quidem in MS. Harl.*

Johannis de Fordun

“phari volunt, quorum scientia formæ afinæ est
“simillima. Noli hujusmodi imitari. Nam,

“*Parvis imbutus tentabis grandia tutus.*

“Sapiens etenim Græciæ ille vir Themostecles,
“cum, expletis centum VII. annis, se mori cer-
“neret, dixisse fertur, *se dolere quod¹ egredietur*
“*de vita quando sapere cœpisset.* Plato etiam
“LXXXI. anno scribens mortuus est. Socrates in
“docendi & scribendi labore senium comple-
“vit. Refert² itaque Homerus, quod de lin-
“gua Nestoris, jam vetuli & pene decrepiti,
“dulcior melle oratio³ effluxit.” Hæc ille. Ali-
ter modo sentiunt Clerici moderni, qui indif-
ferenter ad illas scholas se transferunt, quibus
de lucro participare putant. Propter quod Ovi-
dius, primo de vetula,

*Omnes declinant ad ea quæ lucra ministrant :
Utque sciant, discunt pauci, plures ut abundant.
Sic te prostituunt, ô virgo scientia, sic te
Venalem faciunt castis amplexibus⁴ aptum,
Non te propter te quærentes, sed lucra per te,
Ditarique volunt potius quam philosophari.*

Pro quo vide finem ca. xxx. sequentis libri. Cui-
dam interroganti ab Hugone de Sancto Victore,
Quæ essent necessaria scolastico, ut proficeret
in scientia, respondit,

1. Egredieretur *MS. Harl.* 2. Enim pro itaque in *MS. Harl.*
3. Effluxerit *MS. Harl.* 4. Sic *MSS. L.* aptam.

*Mens humilis, studium quarendi, vita quieta,
Scrutinium tacitum, paupertas, terra aliena.*

Hæc referare solent multis obscura legendo.

De hoc Galenus, quales debent esse scolastici, pulchre peroravit.

*De diversis incidentibus, & de infelici bello de
Egincourt in Francia.*

CAPITULUM XXIII.

ANNO Domini M. cccc. xi. villa regia de Lynlythgw casuali incendio comburitur in vigilia Apostolorum Petri & Pauli, & pons de Roxburghe frangitur per Dominos Willelmum de Dowglas de Drumlanrig & Gawanum de Dunbar milites, & villa combusta. Anno sequenti Dominus Archibaldus secundus comes de Dowglas, cum honorabili comitiva militum & armigerorum, transtulit se primo ad Franciam, unde ter navem ascendit & vela tetendit, sed toties repulsus ventus contrarius vela retorfit, donec, de consilio Domini Henrici de Sancto Claro, secundi hoc nomine comitis Orchadiæ, focii sui itineris, insulam Emoniam devote adiit, ubi facta oblatione Sancto Columbæ navem reascendit, & prospero vento Flandriam subiit, & Sancto Columba duce feliciter ad propria reversus est. Eodem anno fundata est nova ecclesia Parochialis Sancti Andree. Cui tunc præ-

i. Drumlangrik MS. Harl.

fuit

Johannis de Fordun

fuit vicarius Dominus ¹ Willelmus Bowar, vir multum laudabilis & religiosus & benignus Canonicus Sancti Andreæ. Eodem anno duellum inter Johannem Hardy & Thomam Smyth apud Batelhaulche, judice Archibaldo II^o. hoc nomine comite de Dowglas, ubi occubuit Thomas Smyth inuasor, qui falso opposuit crimen proditionis Johanni præmisso. ² *Universitas fundatur.*

Anno Domini M. cccc. xiii. Johannes Dromond de Concrag miles interfecit Dominum suum Dominum Patricium Grahame, comitem de Stratherne, infidiose, in festo Sancti Laurentii, apud Crese in Stratherne, non obstante quod ante hoc erant per literas & juramenta asscurati, ³ & perpetua amicitia confederati, data in matrimonium dicto militi sorore dicti comitis, ac de fractione Sacramenti corporis Christi ad firmiorem foederis indissolubilitatem adinvicem communicati. O! quam maxima & temeraria præsumptio est Christianos tentare Creatorem suum de tali meticulosa communicatione! cum sufficere posset eis sola promissio, fides privata, vel juramentum literis & sigillis vallatum? Cum tamen dicat Jacobus in sua canonica, *Sit sermo vester est est & non non, ut non sub judicio decidatis*, nunquam recolo, me audivisse fructum de hujusmodi communicatione provenisse. O! quam pauci hodie repe-

1. *Deest* Willelmus in MS. Harl. 2. *Desunt* Universitas fundatur in MS. Harl. 3. Et de perpetua MS. Harl.

riuntur tales, qualis fuit ille, qui dicebat, *Malo mihi successum deesse quam fidem, quæ etiam hosti servanda est?* Qui semel fidem perdit, non potest ultra perdere. Fides unde semel abiit nunquam redit. Fidem nemo unquam perdit, nisi qui non habet. Hæc ¹ sententia in proverbiiis. Hæc propterea dico, quia, cum ante inimici extiterant in compositione pacis, perpetuam juraverunt amicabilem fidelitatem, & ad confirmationem hujus, participaverunt de communione Sacramenti corporis Christi. Qui & principales ² factores, viz. Willelmus Oliphant & Arthurus frater ejus tracti fuerunt & suspensimiles vero diffenteria periit.

Anno Domini M.CCCC.XV. combustio villæ de Pennyr per Archibaldum comitem de Dowglas: propter quod eodem anno Anglici combusserunt villam de Drumfres. Eodem etiam anno facta est liberalis commutatio & liberatio dominorum Murdaci Stewart filii & heredis Domini ducis Albanix gubernatoris regni, & Henrici Percy tertii hoc nomine comitis Nothumbriæ. Qui Murdacus in Anglia captivus tenebatur à bello de Homyldone usque tunc, & similiter dictus comes in Scotia non tanquam captivus, sed per avum suum, qui apud Wyderbi occubuit, Domino duci Albanix pro ipsius vita conservanda commissus honorifice in Sco-

1. Seneca pro sententia in MS. Harl. 2. Factores perierunt, viz. MS. Harl.

tia tractabatur. Propter quod huc usque valde favorabilem se Scotis exhibet atque gratum. Anno Domini ¹ M. cccc. xiii. incepit concilium Constantiense, quod continuavit per quatuor annos, ubi dissipatum fuit schisma, (antiquatum per lxxx. annos & ultra,) quod processit inter tres de Papatu contendentes, (scil. inter Balthasar de ²Toxa, qui & Johannes ²³. & Angelum Corario, qui & Gregorius xii. & Petrum de Luna, qui & Benedictus xiii. dicti sunt) in suis obedientiis : ubi electus fuit Guido de Columnpna in Papam unicum & indubitatum, qui Martinus quintus vocatus est. Anno sequenti fundata ³ est ecclesia Parochialis in Cupro de Fyffe. Eodem anno rex Angliæ Henricus quintus, filius Henrici de Longcastel qui deposuit regem suum Richardum, cepit portum munitissimum Normanniæ, Herflew Montevilleris nomine, de hinc ⁴ Hundflet, Caldbek, Tankirvil, ⁵ & Cant, Rothomagum, & consequenter quasi totam Normanniam. Et ab hinc deputatis certis custodibus ad oppida & castra custodienda, quia multi de exercitu suo dissenteria perierunt, proposuit se cum exercitu xii. millium Angliam ad refocillandum se pro tempore transferre : sed in itinere multitudine Francorum circumsepti, apud Hegyncowrt prope Sanctum

1. M. cccc. xiv. *MS. Harl.* 2. Coxa *MS. Harl.* 3. Est nova ecclesia *MS. Harl.* 4. Undflew *MS. Harl.* 5. Cant & pro & Cant in *MS. Harl.*

Paulum congressum est acriter & pugnatum, ubi ducentena milia Francorum devicti. Interfecti sunt duces Brabantiae, Alanfon, Baar, cum Johanne fratre suo, comes de Inyvers & Constabularius Franciae, nec non archiepiscopus Cinnomannis. Captique sunt duces Burgundiae, Aurelianensis, & Burfigallus Marefcallus Franciae cum c. Ex parte Anglorum cecidit dux Eboracensis. Occisi sunt Francorum XII. milia.

De altercatione Universitatis & Hardyng.

CAPITULUM XXIV.

ANNO Domini MCCC. XVI. obiit Dominus Jacobus Biset, Prior Sancti Andreae, in crastino Nativitatis Sancti Johannis Baptistae. Hoc etiam anno par avium ciconiarum venerunt in Scotiam, & super ecclesiam Sancti Egidii de Edynburghie nidificabant, & per unam ratam anni ibi morabantur. Sed quo postea devenerunt, nescitur. Maxima est illis, ut dicit Plinius, cura foetus, adeo ut, dum nidos perpenfius fovent, affiduo ambitu plumas exuunt. Sed & pullis non minus eximia pietas extat erga matres. Nam quantum temporis matres impenderint foetibus educandis, tanto tempore & ipsae à pullis aluntur. Unde & pia avis dicitur.

1. Vide Titi Livii Foro-Julienfis Vitam Henrici quinti, à nobis editam, p. 21. 2. Burfigaldus MS. Harl. 3. Desunt cum c. in MS. Harl. 4. Posteri MS. Harl. 5. Impendunt MS. Harl.

Johannis de Fordun

Hoc etiam anno obsedit comes de Dowglas castrum de Edinburghe, quod Dominus Willelmus ¹ Crawford ab eo recepit in custodia, & id sibi reddidit, anno Domini M.CCCC.XVIII. ² Hoc etiam anno, scil. Domini M.CCCC.XVI. gubernator, collecto grandi exercitu, misit comitem de Dowglas Archibaldum secundum ad affiliendum Roxburghe castrum, & ipse ad obsidendum Berwicum se disposuit. Ubi nihil inibi laudis peractum est. Sed infecto negotio, cum dedecore ad propria redierunt, quorundam suorum fraude delusi. Et ideo vulgariter *le 3 Fowlrad* vocabatur. Anno præmissio, scil. Domini M.CCCC.XVI. missus est à Concilio Constantino venerabilis pater Dominus Abbas de Pontiniaco ad Scotiam, pro reductione ecclesiæ Scoticanæ ad adhærendum Concilio Constantino, & ad subtractionem fiendam à Domino Benedicto XIII. tunc in panninstole stante. Cui tunc nulla Provincia firmiter adhæsit, excepta Scotia. Hic Abbas magister solempnissimus in Theologia habebatur. Qui in concilio generali, tento apud Perth, legationem suam sermone disertissimo coram Domino governatore & tribus statibus peroravit. Circa idem tempus Sigismundus, Romanorum Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ & Croatiae rex, scripsit gubernatori &

1. *Deest Crawford in MS. Harl.* 2. Anno Domini *pro hoc etiam anno, scil. Domini in MS. Harl.* 3. *folle ratd MS. Harl.*

tribus statibus regni ¹ de promptius admittendo Proceres ad incorporandum regnum Scotiæ, sicut & alia regna incorporata erant Concilio Constantiensi. Scripsit interea Papa Benedictus, tunc sic in obedientia sua nuncupatus, gubernatori & tribus statibus, ut perseveranter staret sibi in sua obedientia. Cui multum gubernator favebat, & quendam fratrem, natione Anglicum, Robertum Hardyng, in sacra pagina ²De alteratione inter Universitatem & Hardyng. magistrum, promotorem causæ ecclesiæ ex parte dicti Domini Benedicti constituebat. Qui multa in disputationibus & sermonibus ad partem Benedicti allicientia proponebat. Contra quem tota Universitas Sancti Andreæ insurgebat. Ipse nihilominus, manutenentiam gubernatoris nactus, eisdem invectiva scripta & dicta mittebat, & taliones receptabat. Propter quod, die 11^o. vel 13^o. mensis Octobris, anno quo supra, in Concilio generali, tento apud Perth, pro conclusionem obedientiæ regni, scil. adhæisionis Benedicto, vel subtractionis ejusdem ad Martinum quintum, paulo ante concorditer & universaliter in Concilio Constantiensi electum, prædictus Hardyng, frater de ordine Minorum, ³ ad retardandum regnum, ne conformaret se unitati, ut dicitur, ecclesiæ, & ceteris nationibus Christianitatis, propositionem solemniter

1. De Parisius ad mittendum procuratores ad incorporandum MS. Harl. 2. Hæc verba marginalia desunt in MS. Harl. 3. Ut tardaret reg. MS. Harl.

Johannis de Fordun

de mantenentia gubernatoris fecit ad clerum & populum, hoc est, tam in lingua materna quam Latina, cujus thema erat in terminis, *Ante actum Consilium stabili*. Cum tamen locus, unde allegabat, aliter se¹ habeat in litera, viz. *Ante omnem actum præcedat te Consilium stabile*. Ecclesiastici 31. Unde non solum literam, sed & sensum retorquebat ad placitum suum, circumducens materiam ad retardandum populum de convertendo ad unitatem ecclesiæ, ut putabatur. Unde Rector Universitatis, magister Johannes Elwolde, cum aliis famosis Theologis, elicientes de Propositione conclusiones scandalosas & seditiosas, de hæresi multum suspectas, schismatis nutritivas, & unionis sanctæ matris ecclesiæ non inductivas, ipsas Domino apostolico miserunt ad examinandum. Quas damnavit Romana Curia, sicut patet per Bullam plumbeam, regno Scotiæ directam, & per industriam & laborem magistri Johannis Fogo, monachi de Melros, postea abbatis ejusdem, magistri in sacra pagina dignissimi, executam. Conclusiones suas probavit Harding per naturas, figuras, scripturas, ² puncturas, & alia exempla, quæ per ordinem enarrare tædium legenti generarent. Tamen breviter elici possunt per Bullam ³ Papalem x. errores continentem. Quorum

I. primus sapit hæresim, & est iste, Si Benedictus

1. Habet *MS. Harl.* 2. Picturas *MS. Harl.* 3. Papalem continentes decem. Quorum *MS. Harl.*

cederet, daret occasionem suis subditis æternæ
 damnationis. 2^{dus}. Secundum justum juris or- 2.
 dinem, prius debet fieri Benedicto restitutio,
 quam ipse teneatur cedere. 3^{us}. Si, post Con- 3.
 cilium Constantiense, Benedictus fuerit notorie
 negligens, Prælati Scotiæ habent jus ad pro-
 cedendum, ad movendum & abscindendum ip-
 sum, si sit incorrigibilis; quo casu dato, & per
 ipsos Benedicto præscisso, ipsi Prælati, qui sunt
 de obedientia Benedicti, habent jus eligendi
 Papam unicum. 4^{tus}. Quod, post notoriam ne- 4.
 gligentiam & incorrigibilem Benedicti, & ab-
 scissionem ejusdem, ecclesia Scoticana tenetur,
 propter omne dubium removendum Papatus in
 Martino, primo¹ eidem jus Papatus exhibere,
 & deinde obedientiam subinferre. 5^{us}. Quia 5.
 damnavit Concilium Constantiense, & quod
 ibi existentes non potuerunt facere unionem in
 Ecclesia Dei, sed tantum illi de regno Scotiæ,
 sicut exemplum dedit de Elephante. 6^{tus}. Qui 6.
 est seditiosus, viz. quod aliqui de regno Scotiæ,
 prævenientes suos fratres, Martino obedientes,
 sunt filii Diaboli, & viperis similes. Et sequitur
 similis assertio, quod illi, qui receperunt bene-
 ficia à Benedicto, postea adhærentes Martino,
 sunt similes Scorpionibus, & hoc secundum du-
 plicem proprietatem, 2^a &c. 7^{us}. Quod quam 7.
 diu Johannes vivit incarceratus, non erit unio
 in Ecclesia Dei sine suspitione. 8^{vus}. Post negli- 8.

1. Eis pro eidem in MS. Harl. 2. Deest &c. in MS. Harl.

- gentiam notoriam Benedicti, jus Ecclesiæ universalis descendit in membra obedientiæ ejus.
9. 9^{nus}. Error, qui videtur Schismaticus, quod soli illi de obedientia Benedicti sunt Catholici, &
10. omnes alii Schismatici & Hæretici. 10^{nus}. Quod Benedictus non fuit negligens, quoad illa quæ respiciunt unionem ecclesiæ, nec in Concilio Constantiensi nec tempore præcedente.

De subtractione Ecclesiæ Scoticanæ à Benedicto, & obedientia facta Martino quinto.

CAPITULUM XXV.

CONTRA istum Harding magister Johannes Fogo, postea Melroccensis abbas, acriter disputavit, & in ¹ quadam sua epistola invectiva, contra eum differuit, multum improbationem ² sui faciens de themate, sic dicens: “ Utinam usus fuisses sententia tui thematis, “ viz. *Ante actum consilium stabili*. Quoniam si “ stabiliter consultus fuisses, & sapienter seu “ sobrie deliberasses, nunquam in præsentia “ tanti coetus tot scandalosa, erronea & seditionosa proposuisses. Sed non es secutus sententiam tui thematis. Nonne parabola tua “ odiosa est hæc, quod Elephas, arbori semicifæ “ incumbens, & ideo casum passus, resurgere “ per se non potuerit, quia juncturis caruit? “ Ad cujus rugitum supervenit ingens alter Ele-

1. Quadam epistola invectiva, *MS. Harl.* • 2. Sibi *MS. Harl.*

“ phas,

“phas, qui nec eum juvare valuit, sed, illis duo-
 “bus ruminantibus, congregati sunt XII. Ele-
 “phantes, nec hi omnes erigere potuerunt Ele-
 “phantem lapsum, nec unquam poterunt, nisi
 “advenerit parvus Elephas, qui se supponens
 “erigere poterit? Hujus parabolæ tua interpre-
 “tatio hujusmodi est. Elephas est ecclesia, arbor
 “papalis jurisdictionis, cui ecclesia innitens cecidit,
 “quæ cum resurgere non potuit, clamavit. Ad cu-
 “jus clamorem excitatus est rex Romanorum,
 “sed non prævaluit. XII. alii Elephantes sunt alii
 “Christiani reges & principes, nec hi omnes
 “succurrere potuerunt ruinæ ecclesiæ, quamvis
 “strepitum magnum faciant, quoadusque ve-
 “nerit parvus Elephas, quæ est ecclesia Scoti-
 “cana. Et subintulisti exhortando, *Sinite eos*
 “*rugire, sinite clamare, permittite circumire, vos*
 “*Scoti patienter subsistite. Clausura estis vos in*
 “*volta spiritualis ædificii, & clavem tenetis ecclesiæ.*
 “*Non festinetis, non properetis. Ante actum Con-*
 “*silium stabili. O! homo crudelior Bestiis!*
 “Bestiæ enim fatagunt, ut Elephantem erigant,
 “& homo persuadet, ut in sua ruina permaneat
 “mater ecclesia. Unde tibi hoc, alienigena, ut
 “ista audeas afferere? Certe quia alienigena es
 “nobis, & à veritate alienus.” Multas enim
 assertiones, minus appetiabiles, posuit in sua
 propositione, Consilio Constantiensi applica-
 biles; veluti istas: *Si¹ inimicus maledixisset mibi*

1. Inimicus meus maledixisset MS. Harl.

¹ *sustinuissem*: utique hæc loquens in persona Benedicti ad Consilium. Et Imperatori, scil. Sigemundo, applicavit id quod sequitur: *Et si is, qui oderat me, magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.* Sed, quoad Cardinales ab eo recedentes, subjunxit: *Tu vero homo unanims, dux meus & notus meus, qui semel mecum dulces capiebas cibos.* Sic concludit ² quoad omnes, *Veniat mors super illos, & descendant in infernum viventes.* Sed subito postquam Fogo adduxerat hanc Bullam condemnatoriam ad partes, venit mors naturalis super eum in Lanark, & sic cessavit contradictio. Et consequenter ac novissime eodem anno omnium regnorum facta est à Benedicto Scotorum subtractio, & ad Martinum adhæsiō. Quod utique eis ad magnam stabilitatem & ad constantiam singularem ab omnibus prædicatur ³ ad laudem.

Quomodo rex Angliæ Henricus pater cum filio subjugare visus est Walliam, quæ proditione propria subversa est.

CAPITULUM XXVI.

CIRCA id tempus, vel paulo ante, post tamen bellum de Schrewisberi, ⁴ attendens

1. *Sustinuissem.* Sequitur: *Et si is, qui oderat me, m. l. fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.* Primum applicavit personæ Benedicti ad Consilium. Secundum applicavit imperatori Sigemundo. Sed quo ad Cardinales *MS. Harl.* 2. *Super omnes, MS. Harl.* 3. *Et ad laudem MS. Harl.* 4. *Attendens rex Henricus de Loncafter, rex MS. Harl.*
Henri-

Henricus de Longcastel, rex Angliæ, quod Wallenses¹ insurrexerant cum Henrico Percy juniore contra eum: (qui tamen si expectasset per XII. horas adventum ducis Eboracensis, & comitum de Arundel & Stafford, cum ipsorum sequelis, usque in crastinum, qui de nocte² promiserant regem deserere, & sibi³ Henrico adherere cum exercitu Wallensium sibi occurrentium, rex non fuisset compos⁴ congregari contra eos:) ob hoc nimium stomachatus, omni animu⁵ guerram movit contra Walliam. Quam per se, & filium suum Henricum, virgam furoris Domini, contra Francos continuavit per XV. annos, donec in⁶ exterminium & servitutem quasi novissimam redacti sunt. Cum igitur bina vice rex in propria persona, vel per filium suum Henricum per annos præmissos omni anno, Walliam hostiliter intrasset, & plurima damna inibi perpetrasset, novissime disposuit se omnia solo coæquare. Unde, collecta sua potentia maxima centum & XL. milium armorum, rubeum vexillum sive Draconem, in signum excidii & internecionis extremæ sexus utriusque, erexit, &, tanquam leo rugiens, per terram Wallensem desævians, ad XX. miliaria destruxit & combussit. Sic proponens à fine usque ad finem omnia contere⁶ fortiter, & pro libito

1. Surrexerunt *MS. Harl.* 2. Promiserunt *MS. Harl.* 3. Henrico Percy adherere *MS. Harl.* 4. Dominium pro exterminium in *MS. Harl.* 5. Desunt usque ad Walliam hostiliter in *MS. Harl.* 6. Deest fortiter in *MS. Harl.*

suo perdere crudeliter; tandem circa festum
 Sancti Michaëlis tanta & tam vehemens pluvia-
 rum inundatio subito de coelo cecidit, ut decem
 milia de suis, cum summis & herneſiis, præter
 carriagia & farcinas, alluvione pluviali & undis
 mergerentur. Propter quod vix valens rex ex-
 ercitus suum inter fluyios & fluenta salvare,
 citatis anfractibus, ultra quam creditur, perter-
 ritus, Angliam petiit, plus damni sustinens, quam
 pro tunc intulit inimicis. Dehinc in propria
 persona non audens illuc revertere, commisit
 filio suo primogenito Henrico executionem sui
 propositi. Qui callide valentiores, sic saltem
 putatos, viros Walliæ, illos scil. de Morgannoch,
 donis & promissis corruptos, allexit, ut, cum
 multitudo Wallensium contra eum, si quod con-
 tingeret, congregaretur, ipsi prius fugam arri-
 perent, ad quorum exemplum ceteri aufugerent.
 Quod & factum est. Nam cum isdem Henricus
 princeps Angliæ, & qui etiam Walliæ titulo po-
 titus cum grandi exercitu Walliam funditus de-
 structurus petivisset, misit Dominos de Cobe-
 ham & Gray Codnore & David Gam, ad ex-
 terminandum eos. At ipsi Wallenses, magna
 multitudine contra eos insurgentes, campeſtri
 pugna secum certare disposuerunt. Unde cum
 perventum fuerat ad aciem belli, illi dome-
 ſtici proditores de Morgannoch, qui vangar-
 diam regere sperabantur, prout antea fuerat

1. Fuit *MS. Harl.*

condictum, terga dederunt, & sic ad ignominiosam fugam ceteros suos comprovinciales intruxerunt, sed verius, quod¹ deflendum est, destruxerunt. Ubi quam² pluribus cæsis & occisis captus est princeps Valliæ, filius illustris Griffeth Hopbowan, nec non belliger insignis Hopkin ap Thomas, cum multis aliis, & abhinc totam Walliam de facili Angli sunt conquæsti. Hujus simile habes supra libro IV. ca. 16.

De succursu missò Walliæ per Carolum regem Franciæ.

CAPITULUM XXVII.

SED quam diu ipsa Vallia stetit indivisa, modicum contra eam profecit Anglia. Sed illi de Morgannoch, habentes latens odium contra principem suum proprium, facilius inclinaverunt se inimicis, & principi Henrico, qui valde ingeniosus fuit in malo, sicut patuit in omnibus suis actis bellicis in Francia & Normannia, quas atrocissime castigavit, donec respectus ab Altissimo Tyrannus sublatus est è medio. Hic finxit artem ex malitia, qua forte divisa est Wallia, sicut & pereundem ipsa Francia. Nescio si Vegetium studuit, qui practicare docuit, ubi de re militari libro suo 3. ca. 10. sic scribit dicens: *Inter hostes discordiarum procurare causas dolosi ducis est. Nulla enim, quamvis minima sit, natio, potest ab adversariis perde-*

1. Dolendum *MS. Harl.* 2. Plurimis *MS. Harl.*

leri, nisi propriis simultatibus seipsam consumpserit. Nam civili odio ad inimicorum perniciem nihil efficacius. Eodem modo fecit hic Henricus Francis, qui, cum percepisset duces Burgundiæ & Aurelianensem, caros cognatos, vel semel similtates inisse, sic de plano practicavit, ut & ipse cum armata manu Anglicorum stipendiaretur, & transfret in subsidium ducis Johannis Burgundiæ, & consimiliter junior frater suus, herus Thomas, cum consimili vel majori potentia ingereret se duci Aurelianensi. Et sic hi duo fratres, quasi alter contra alterum, sed verius alter pro reliquo, ad explorandum ¹ infirmiora terræ, de modica scintillula focum tam fervidum in Francia succenderunt, ut adhuc faculæ ejusdem flamminoniæ de facili non extinguuntur. Unde actum est hujusmodi occasione per ipsorum dolosam industriam, ut dux Aurelianensis, cooperante ad hoc arte Johannis ducis Burgundiæ, feditiose Parisius occideretur; & abhinc tota quasi Francia ferro & flamma Anglorum strage sævissima & intestina malitia deperiret. Sic & ipsa, ut præmisimus, Wallia stetit in se firme radicata, donec similtates & proditioes conciperentur intra se. Nam in principio suæ guerræ cum seniori Henrico motæ possessiones ² suas egregie sunt defensi Vallici. Ad quorum tunc supplementum Carolus, rex Franciæ, misit principi Walliæ, tanquam suo ab antiquo confœde-

1. Inferiora MS. Harl. 2. Deest suas in MS. Harl.

rato,

rato, inclitum bellatorem baronem de Rochford Britannum, Marescallum tunc Franciæ, cum armatorum duobus milibus. Quorum quingenti erant milites & lanciferi, mille etiam &¹ quingenti valetis armez & albastrarii, una cum magna summa auri, & diversis apparatus armorum, præter stipendia navigii & victualia missorum, quæ tamen victualia, una cum classe Francorum, Anglici, magno navigio insequentes, prope Milford in South-Wallia destruxerunt, Francis remanentibus fere per annum in Wallia, & honorifice remissis per principem ad propria. In principio conquæstus Walliæ, Edwardus de Langschankes proditione ipsam conquifivit. Nam, ipso rege Angliæ cum exercitu ad Walliam properante, nec de facili in interiora terræ, propter arctitudinem maris, & districtus quasi inmeabiles, patuit exercitui accessus, donec unus de Procerum primoribus, & Nobilioribus sanguine totius Walliæ, Penvyn nomine, mercede conductus, docuit regem circa silvam certos passus securibus succidere, & per eam meatum exercitui facere, ut vel sic de facili valeret de Wallensibus intentum² assequi. Quod & factum est, & huiusmodi seductoria introductione tota quasi Wallia deperdita est. Unde infra breve rex Angliæ Edwardus Walliam, partim conquifitam, & partim de novo ædificandam, cepit, refecit, ac construxit 37. castra

1. Quinquaginta *MS. Harl.* 2. Exequi *MS. Harl.*

munitissima, ad quem statim accessit ille Pen-
vyn, ¹ proditor propriæ patriæ, petens sibi à
rege exhiberi competens salarium propter ipsius
consilium regi opportunum. Cui rex: *Salarium,
Penwyn, meruisti. Et ideo cum justum videatur,
quod unusquisque secundum laborem mercedem sit ac-
cepturus, juxta malum tuum meritum, & nominis pro-
prii interpretationem, ² excelsiorem te faciam ceteris
& pendere gloriosius: eo quod in tota parentela tua
ceteris generosior esse comprobaris.* Erectum est
ergo summum patibulum, in quo suspensus est
traditor, soluto tamen ³ sibi prius auri pondo
immenso, sibi pro facinore ⁴ compromisso, se-
cum ad horam pendulo, in omnium proditorum
speculum & dedecus annotandum. Et sic ⁵ sub-
acta est Wallia usque ad tempus secundi Ri-
cardi regis, qui eam majori dignitate Wallicis
donavit.

⁵ De hoc
conquæ-
stu vide
supra L.x.
C. 38.

*Quomodo, prædicatione abbatis, Wallici humiliati
recuperaverunt possessiones suas.*

CAPITULUM XXVIII.

RELIQUIIS igitur Wallensium, nondum
Anglis adhuc subjectis, omni spe pro-
priæ possessionis & libertatis recuperandæ de-

1. Traditor *MS. Harl.* 2. Excellencioem *MS. Harl.* 3. Per
pro sibi in *MS. Harl.* 4. Promisso *MS. Harl.* 5. Nota hæc margi-
nalis, qua ad alia quedam sua lectorem refert Bowerus, deest in *MS. Harl.*
6. Tenta est Wallia usque tempus *MS. Harl.*

stitutis,

stitutis, tandem suscitavit Dominus spiritum
cujusdam religiosi patris, Canonici regularis
Sancti Augustini, Johannis Powal nomine, qui
fuit tunc abbas Glomorgantiæ prope urbem
Legionum. Qui, assumpto sibi prædicatoris of-
ficio, palam in ecclesiis paucissimis Deo dereli-
ctis orphanis Wallensibus, ut olim Jonas Nini-
vitis, prædicare cœpit & dicere: “ Adhuc mo-
“ dicum, & Wallia subvertetur, nisi ad Dominum
“ suum citius convertatur. Propter peccata
“¹ enim vestra invenerunt vos mala. Conver-
“ tatur igitur vir unusquisque à via sua mala, &
“ ab iniquitate quæ est in manibus suis. Usque-
“ quo claudicatis in duas partes? Si Henricus,
“ Angliæ inuasor,² rex vester est, sequimini eum.
“ Si autem princeps Walliæ, sequimini eum.
“ Sed quia princeps vester est, & ipse in mani-
“ bus inimicorum detentus est, non minus pu-
“ gnemus pro patria nostra. Humiliemus Deo
“ animas nostras, & serviamus ei in timore, &
“ promitto vobis auxilium³ pervenire de ex-
“ celfo. Si autem voluerimus peccata nostra
“ confiteri, & de cetero vitam nostram propo-
“ nere sine fictione emendare, facile est con-
“ cludi multos injustos in manu paucorum Deo
“ famulari studentium. quia, ut inclitus testatur
“ Machabæus, non est differentia in conspectu
“ Dei cœli liberare in multis⁴ aut in paucis :

1. *Deest enim in MS. Harl.* 2. *Rex omittit MS. Harl.* 3. *Pro-
venire MS. Harl.* 4. *Et MS. Harl.*

“ quia

Johannis de Fordun

“ quia non in multitudine exercitus victoria
 “ belli, sed de coelo fortitudo est. Inimici no-
 “ stri inveterati Anglici veniunt ad nos in mul-
 “ titudine contumaci & superbia, cum tamen
 “ nil juris ¹ in nos habere dinoscantur, ut spo-
 “ lient & disperdant nos, & ² hereditatem no-
 “ stram. Quod si volueritis & me audieritis,
 “ pugnantes pro patria vestra & hereditate pa-
 “ terna, terram vestram recuperabitis, & in ea
 “ absque pavore inimicorum habitabitis. ³ Con-
 “ vertimini ad Dominum, & ipse convertetur
 “ ad vos, & conteret inimicos vestros ante fa-
 “ ciem vestram. Æque potens est nunc ut in
 “ diebus antiquis, quia manus ejus non est ab-
 “ breviata.” Ad hujusmodi itaque exhortatio-
 nes & crebras istius abbatis prædicationes, pauci
 illi, qui adhuc libertate sunt potiti, aliquantu-
 lum resipiscentes, & plus solito spiritum aspi-
 rantes, spem suam in altissimo, juxta ⁴ verbum
 viri Dei, ponentes, & curam suam in Domino
 jactantes, bis aut ter in septimana, sed & ali-
 qui, quorum adhuc dictabat conscientia, quasi
 omni die pure peccata sua sunt confessi, jeju-
 niis & orationibus ac misericordiæ operibus
 propensius se dantes, semel omni septimana de
 Sacramento altaris communicati sunt, & sic in
 nomine Domini inimicos suos, qui in terra sua
 plantati fuerant, invaserunt, & tam acriter

1. Apud nos *MS. Harl.* 2. Hereditariam nostram *MS. Harl.*
 3. Convertimini ergo ad *MS. Harl.* 4. Verba *MS. Harl.*

vexaverunt, ut interdum centum de Wallia de facili vincerent vel fugarent millenos de Anglia. Mille etiam de Wallia Anglorum decem milia, sicut patuit per Dominum Gray de Ruchin, habentem secum duo milia armatorum, qui devictus est per ducentos Walliæ, & captus ac redemptus, ceteris cæsis & fugatis. Unde factum est, ut, Deo sibi propitio, intra tres annos de Wallia expellerent cunctos inimicos, & etiam dilatarent marchias suas ad ulteriorem terminum primæ institutionis ejusdem per Brutum, qui Britanniam inter fratres primo dividebat. Omnia etiam castra, per Anglos restaurata, forti manu & feliciori omine ceperunt, & tribus duntaxat exceptis, s. Abirhustwich, Conwai & Hardlawch, solotenus destruxerunt.

*Quomodo Wallici prævaricatores amiserunt
terram suam.*

CAPITULUM XXIX.

PROPTER hujusmodi prosperos eventus, sibi ad votum succedentes, erigebant se fatui Wallici, supra se exaltantes corda sua in superbiam, inmemores benefactorum Dei, in luxum & luxuriam paulatim defluerunt, obliti confessionis & pristinæ pœnitentiæ, ac si Deus eis ignosceret, vel dormiret, aut impunitatis oblivisceretur. Sic sic corrupti sunt, & abomi-

1. Beneficiorum *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

nabiles facti sunt in studiis suis, relinquentes ecclesias frequentabant tabernas, quibus sermo divinus ulterius non sapuit, sacrosancta communio Sacramenti eis omnino desipuit: deciiis & ludicris¹ se dedicantes, crapulis & ebrietatibus sese volutantes, cum prius cognovissent Deum, non tunc sicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Nam quia terga Deo dederunt, suscitavit contra eos denuo præmissos inimicos Anglos, qui subito eos humiliaverunt, ut unus de Anglia fugaret decem de Wallia, & centum, millenos; quia incrassatus est dilectus, & recalcitravit, & recessit à Deo salutari suo: propterea vidit Deus, & ad iracundiam provocatus est, & conclusit Wallicos in manibus inimicorum suorum, receptaverunt castra & resarsierunt, &² hucusque remanet Wallia eis sub servitute tributaria. Ecce quomodo isti Wallici, propter ingratitude suam, & quia Deo digne gratias non egerunt, pro multiplici victoria eis de Anglis collata, defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione. Exemplum ad istud possumus adducere de Ezechia, de quo Isaïæ 37. legitur, quod cum Angelus Domini occidisset de exercitu superbi Senacherib centum

1. Se se *MS. Harl.* 2. Usque hoc tempus remanet eis Wallia sub *MS. Harl.*

octoginta quinque millia, quia extitit ingratus Ezechias, ægrotavit usque ad mortem, unde, sicut dicit Josephus, licet ¹ hostias Deo immolasset, non tamen digne gratias egit, nec laudis canticum inde cantavit, sicut patres eo tempore facere consueverunt. Commentator Juvenalis scribit, quod quædam Domina, Nephastes nomine, imprægnata, & vicina partui, ingressa est templa deorum, ut consulere eos super foetum, an marem vel feminam foret paritura, ut à singulis eorum divina peteret dona. Cui primus, tuus foetus erit filius, & sibi concedo pulchritudinem. Secundus concessit fortitudinem. Tertius divitiarum plenitudinem. His acceptis responsis, non tamen acceptatis, mulier indignata est, eo quod nullus eorum concessit filio vitæ longitudinem. Sed, ut moris fuit, templum egressa, & denuo regressa ut deos pro beneficiis honoraret sacrificiis, obtulit eis contraria dona; scil. pro pulchritudine, lutum; pro fortitudine, sputum; pro divitiarum copia, derisionis nutum. Quibus sic oblatis, Dii nimium offensi mutaverunt foetum in utero. Nam pro dono pulchritudinis, ² portavit caput simiæ; pro dono fortitudinis, brachias anseris; pro dono divitiarum, pellem excoriatam. Sic moraliter isti Wallici, pro pulchritudine militari, obtulerunt lutum luxuriæ; pro fortitudine victorali, sputum discordiæ; pro opulencia vir-

1. Hostias cum populo Deo *MS. Harl.* 2. Portabat *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

tuali, nutum superbiæ. Et sic, justo Dei judicio, ut simiæ, viluerunt per luxuriam, ut anferes, debilitati sunt per discordiam, & ¹ tandem tanquam nudi excoriati sunt per propriæ libertatis & patriæ amissionem & carentiam. Prolioxorem me forte debito præmissis insteti, ut horum exemplo cautelam in similibus fumant Scoti, levitatibus hujusmodi, quod dolenter refero, nimium dediti: quia, ut scribit Leo Papa, validiora sunt exempla quam verba, & plenius opere docetur quam voce. Quia,

Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.

De eodem, & de morte abbatis de Glomergancia.

CAPITULUM XXX.

DE infelici regimine horum Wallensium doluit ultra modum dictus abbas Johannes Powal, qui nec valuit prædicatione vel exhortatione eos à via sua pessima revocare, per quam incederant vitiose. Sed propter hoc non cessavit prædicare & clamare, donec raucæ factæ sunt fauces suæ, & pro studiosioribus vigiliis defecerunt oculi sui, vix valens inducere fordescentes reliquias Britonum ad Saxonibus resistendum. Unde cum semel, sicut ² solito, Saxones Walliam intraverunt, ³ adhortationibus dicti abbatis congregati sunt Britones fe-

1. Tandem nudi & excoriati *MS. Harl.* 2. Solite *MS. Harl.*
3. Adhortacione *MS. Harl.*

ptuplo plures Anglicis, quos quidem Britones fiducialiter animavit pugnare pro patria, terras suas & possessiones defendere, natos suos & conjuges salvare, ac pro libertate paterna usque ad mortem agonizare. Quorum quidem ipse abbas in propria persona ante certamen confessiones audiebat, & ¹ absolutiones impendebat, incessanter clamitans, & instanter prædicare non cessans, quousque acies in procinctu accingere contingebant. Propter hoc abbas in nullo consternatus, sed in tantum zelatus est patriæ libertatem & gentis, quod, quamvis licite potuit, tamen ei aufugere non libuit, quin cum ceteris suis Wallensibus Britonibus Saxones acriter cædens apud Brinbiga super ² Bellum de Brinbiga in Wallia. aquam de Uuske doctiloquus & armiloquus regularis, ut ita dicam, Canonicus mortem temporalem cum septingentis Britonibus subiit, & vitam inde sempiternam mercatus est, ut speratur. Non enim sic ille frater fecit, de quo hujusmodi suscepimus esse relatum. Qui dum exercitui prædicaret, & confessiones audiret, ad congressum perventum est, propter quod frater, finem faciens sermoni, clamavit elata voce ³ magna dicens: “Viri estote, confortamini, & viriliter agite: quia habetis justitiam, & pro defensione partis vestræ, si quosquam contingat occumbere in hoc proelio, fide ju-

1. Absolucionem *MS. Harl.* 2. *Deest hæc nota marginalis in MS. Harl.* 3. *Deest magna in MS. Harl.*

Johannis de Fordun

“bere audeo, & in fide, qua astatis, promitto,
 “ ipsos hac eadem nocte, antequam sanguis eo-
 “ rum innocuus ab inimicis effusus infrigidetur,
 “ coenare cum Christo.” Sed statim, cum per-
 ventum fuerat ad verbera, cessabant fratris ver-
 ba. Propter quod frater, se à periculo salvare
 festinans, fugam præcinctis lumbis arripuit, &
 in auram dilapsus est. Ad quem cum clamatum
 foret à dicentibus, “ O sancte frater expectes
 “ & revertaris in proelio, ut, juxta promissum
 “ tuum, hac vice merearis coenare cum Christo,”
 illum semper fugitando fertur respondisse, “Pro-
 “ ficiat vobis obsecro, quia hodie re vera je-
 “ juno, & ideo non convenit mihi hac nocte
 “ coenare cum Domino.” In hoc patet, hunc
 fratrem unum esse de illis, de quibus dixit Chri-
 stus, *Dicunt & non faciunt. Alligant enim onera
 gravia & importabilia, & imponunt in humeros
 hominum, sed ipsi digito suo nolunt movere ea.* In
 isto fratre verificatur quod scribit Gregorius in
 Pastoralis: “ Si negligas implere quod doces
 “ aliis, messem feminas, & ipse à frumenti par-
 “ ticipatione jejunas.” Adhuc etenim Wallia
 jacet sub gente Saxonia squalida & oppressa.
 Sperat se tamen aliquando respirare meritis
 Cadualladri, post illud fatale tempus de pro-
 phetiis Aquilæ, & quod Merlinus Arthuro pro-
 phetizaverat, maxime propter promissum An-
 gli dissuadentis pro tunc Cadualladrum ab Ar-

1. Humeris *pro* in humeros in MS. Harl.

morica Britannia ad suam Britanniam se transferre. Dicunt tamen Wallici, se nunquam posse jura sua ad plenum recuperare, sine adjutorio suæ ab antiquo confœderatæ gentis Albanæ. Nam quod sequitur apud se reputant pro definito :

T*E cor clam cruciet, laus Christi virginis instet.
Hoc quando fiet Saxica gens periet.*

Wallia re vera patieris bella severa.

Scotia te serva ne fias subdita, serua.

Wallia damna feres, ² tum de relevamine speres.

Scotia sine bono patieris celebri dono.

Quos tibi serviles reputabis Anglice miles.

³ His dum tu viles opus est fatearis heriles.

Bruti posteritas Albanis associata,

Anglica regna teret Marte, labore, nece.

Flumina manabunt hostili tincta cruore.

Persida gens omni lite subacta ruet;

Quem Britonum fundet Albani juncta juventus.

Sanguine Saxonico tincta rubescet humus.

Historiæ veteris Gildas luculentus Orator

Hoc retulit, parvo carmine plura notans.

Vigebunt Britones, Albanæ gentis amici.

Antiquum nomen Insula tota feret.

Ut profert Aquila, veteri de turre locuta,

Cum Scotis Britones regna paterna regent.

Regnabunt pariter in prosperitate quieta,

Hostibus expulsis, judicis usque ⁴ diem.

¹ De hoc
plenius
supra L.3.
c. 22. &
sequenti.

1. Hæc etiam nota marginalis desideratur in MS. Harl. 2. Tamen MS. Harl. 3. Hos MS. Harl. 4. Diem. Ad idem. Voci verif. &c. MS. Harl. Voci

Johannis de Fordun

Voci verisonæ Merlini spem prope pone.

Scoti cum Britone sternent Anglos in agone.

Flumina manabunt de sanguine quos superabunt.

Montes planabunt Britones, diadema levabunt.

Insula tunc uti¹ sed debet nomine Bruti,

Cum Scoti tuti vivent, Angli quasi muti.

Anno Domini M. cccc. xviii. Walterus Abbas Sancti Columbæ munus cepit Benedictionis, xvii. die Aprilis, & in viii. die sequenti benedictus est Dominus Adam de Crennath Abbas de Scona, vir magnæ religiositatis & scientiæ, primus à Domino Roberto Cardine apud Dunkeldene, secundus à Domino Henrico de Wardelaw apud Sanctum Andream, episcopis² eorundem.

De transitu comitum Buchaniæ & Wigton ad Franciam, in subsidium Francorum.

CAPITULUM XXXI.

ANNO Domini M. cccc. xix. castrum de Werk capitur per Willelmum Haliburtonem de Fastcastel, qui deceptus per Dominum Robertum Ogil interfectus est proditorie, & cum eo 23. Scoti viri fortissimi: Qui postquam castrum ceperunt, incontinenti affuit Dominus Robertus Ogil, tractatum cum eisdem faciens, & pro deliberatione domus multa promittens;

1. Sic pro sed in *MS. Harl.* 2. Eorundem, &c. *MS. Harl.*

sed interim Anglici scalas ascendentes, canonicas, quas reliquerant Scoti, à muris dependentes supergressi sunt, & sic omnium Scotorum decapitatorum cadavera ultra muros projece-
runt. Eodem anno fuit maxima siccitas in ætate, & frumentum abundabat. Scripsit etiam rex Franciæ Domino Roberto duci Albanæ, gubernatori¹ Scotiæ, pro subsidio virorum² armorum, virtute confœderationis regnorum contra regem Henricum quintum Angliæ, regnum Franciæ tunc inquietantem. Qui, consilio trium statuum convocato, misit Franciæ secundogenitum suum, inclitum militem, Johannem Stewart, comitem³ de Buchain, & camerarium Scotiæ, cum ingenti multitudine nobilium militum & armigerorum ad numerum 7000. Qui quam gloriose, pro tempore quo illic stetit, se habuit, Francorum laudabiles fassiones eundem ad plenum præconizant. Honorifice igitur à rege Franciæ cum suis receptus, & Constabularius Franciæ post bellum de Bawgy constitutus, reverenda maturitate, admiranda diligentia, diligenti solertia, eleganti statu, decenti apparatu, morum moderamine, & disertio affamine, ac eleganti forma vultus compositus, in tantum allexit corda regis & communitatis, ut ipse tanquam alter Messias inter & apud eos oriri videbatur: quanquam Pro-

1. *Deest Scotiæ in MS. Harl.* 2. *Armorum MS. Harl.* 3. *Buchaniæ pro de Buchain in MS. Harl.*

ceres regni propterea pungebantur, quia, ut dictum est,

Invidus alterius rebus marcessit opimis :

& quantum à rege plus honorabantur, tanto invidia tabescebant. Constabulario ¹ igitur deliberatum fuit ad manendum oppidulum de Chatelone cum munitissimo ipsius castro infra ducatum Turonensem, cujus commilito & confors extitit Archibaldus comes de Wigtone, filius & heres Domini Archibaldi secundi comitis de Dowglas, qui postea in bello de Vernolze per se pro tuitione juris Franciæ cum multis ² militibus suorum occubuit. Hic igitur Constabularius futurus & Archibaldus de Dowglas comes de Wigtone, secum in Chatelone retentis valentioribus militibus Scotis, elegerunt Capitaneos, qui cum rutariis captum tenerent, & singuli singulis turmis cum stantibus ³ vexillulis & intersigniis præessent, & in fronteriis ⁴ adversus Anglos excubarent. Qui non sine dira pugna captis quibusdam oppidis, & ab Anglis municipiis recuperatis, strenue strenuos singuli singulos actus bellicos perfecerunt. Sed statim, quia non excluderunt Anglos de regno, delati sunt Scoti apud regem, & vocati sunt devoratores vini & multonum nebulones. Quorum murmura rex bibulis auribus patienter obforbens, distulit exprobrantibus respondere ver-

1. Utique pro igitur in MS. Harl. 2. Milibus MS. Harl. 3. Vexillis MS. Harl. 4. Adversos MS. Harl.

bum, donec commisso bello de Bawgy, ubi Angli capti erant & devicti, vocatis ad se querelantibus dixit, "Quid vobis videtur de Scotis
"multonum epulonibus & vini voratoribus?" Qui tanquam malleo frontibus¹ repercussi, præ verecundia non habebant, quid regi responderent. Hoc anno obiit Dominus Finlaius, episcopus Dunblanensis, qui ædificavit pontem ejusdem. Eodem anno obiit Ricardus rex Angliæ in festo Sanctæ Lucie apud castrum de Strive-line. Anno Domini M.CCCC.XIX.² obiit dux Albanie, ut infra.

De quadam pestilentia Dominorum &³ aliorum in infirmitate quæ le Duheto vocabatur.

CAPITULUM XXXII.

ANNO Domini M.CCCC.XX. Willelmus + Drakis Anglicus, Monachus Dunelmensis & intrusor in Prioratum de Coldyngham, (quia Scoti, ob salvationem suæ vitæ, qui in Coldyngham & in vicinia⁴ morabantur, de nocte in ecclesia & campanili ejusdem quiescebant, & ne ab⁶ Anglicis, si alicubi cubarent, captivarentur,) ex præmeditata malitia magnam materiam bruerii & meremii in plaustris & carris

1. Repercussi sunt, & præ v. n. haberent, quid MS. Harl. 2. Obiit Dominus dux Albanie, gubernator Scocie, ut infra MS. Harl. 3. Aliorum quæ le Duheto dicebatur MS. Harl. 4. Drax MS. Harl. 5. Commorabantur, MS. Harl. 6. Anglis MS. Harl.

ministerio Anglorum adduci fecit, & atrociter ecclesiam concremari demandavit. De quo supra L. XI. C. 23. cum sequenti. Eodem anno Archibaldus secundus comes de Dowglas potenti virtute intravit Angliam, & combussit oppidum de Alnewik. Eodem anno, & paulo ante, obierunt multi de valentioribus & nobilioribus regni, viz. Georgius de Dunbar comes Marchiæ, qui in omni congressu bellico fortunatissimus dictus est. Nam semper prævaluit pars ejus, sive fuerat ipse Capitaneus, sive cum majoribus, ut patuit in bellis de Ottirburne, Nesbit, Homildon, Schrewisberi, & aliis conflictibus admirandis. Obiit etiam Henricus de Sancto Claro nomine comes Orchadiæ secundus. Similiter valens Dominus Jacobus de Dowglas de Dalketh pater, Willelmus de Abernethi, Willelmus de Sancto Claro, & Willelmus Cokburn milites magnanimes, cum multis aliis. Infirmitas ista, qua non solum magnates sed & innumerabiles de plebe extincti sunt, *le Duhem* à vulgaribus dicebatur. Quæ, ut Physici ferunt, causabatur ex inæqualitate vel intemperantia hiemis, veris & æstatis præcedentium: quia hiems fuit multum sicca & borealis, ver pluviosum, & similiter autumnus: & tunc necesse est in æstate fieri febres acutas, & ophthalmias, & dysenterias, maxime in humidis. In hyeme ficci humores per frigiditatem retenti acuuntur.

In vere autem in nimia humiditate distemperata multæ superfluitates generantur, & per calorem resolvuntur. In æstate vero, dum calor non est potens eas consumere, putrefacit, & sic febres acutas generat, & inducit multas alias passiones. Si vero hiems calida fuerit & humida, ver autem fuerit frigidum & siccum, necesse est homines in æstate ægrotare, & mulieres parituras levi occasione abortire. Cujus rei rationem assignat Galenus dicens, “Quando
“ corpora prægnantium in hieme sunt calida &
“ humida, tenera sunt & rara. Unde frigiditas
“ aëris vernalis subito penetrans ad interiora,
“ lædit foetum. Per frigiditatem enim & siccitatem, quæ sunt mortificativæ qualitates, mortificatur foetus. Unde foetus mortificatus aggravat retinacula & abrumpit, & sic mater ex necessitate abortit.” Sed quid ad nos de his quæ foris sunt ut de physica differamus? Ideo ad ² chronicas divertamus.

*De bello de Bawgy, & de victoria Scotorum habita
super Anglicos.*

CAPITULUM XXXIII.

ANNO Domini M. CCC. XXI. rex Angliæ Henricus quintus depopulator Franciæ post conquestum Normanniæ recessit in An-

1. Mulier necessario abortit *MS. Harl.* 2. Chronicas stilum div. *MS. Harl.*

gliam,

giam, ad recolligendum novum exercitum, intendens totam Franciam suæ subdere ditioni, dimisso in Normanniam fratre suo Domino Thoma duce Clarentiæ, Regente ejusdem. Qui, sibi nomen grande in absentia regis Angliæ fratris sui aucupare præoptans, collegit suos ad decem millia numero, & ad castrum de Bawge in Andegavia se transferens, obsidionem circa id ponere disposuit. Quo audito, comes Buchaniæ, cupiens secum congregari, associatis sibi comite de Wigtone & Le Hæer Briffak cum sex millibus suorum accessit ad villam de Ludee, iv. miliaribus à Bawge, in die Paraschevæ, intendens ibidem occupari circa servitium & officium divinum usque in crastinum magni Paschæ, ob reverentiam divinæ passionis & Christianissimæ communionis Eucharistiæ. Sed audito, quod dux Clarentiæ recessisset à Bauge ad ¹ Bewluse, illac hac die hospitatus est cum suis dictus comes Buchaniæ circa vesperam. In crastino vero, id est, vigilia Paschæ, dux Clarentiæ movit exercitum, ² attemptans ex improvise fallere Scotos, ³ & imparatos interire. Comes tamen Buchaniæ, timens versutias æmulorum, misit Dominum Johannem Stewart militem suum consanguineum Dominum de Dernlie, cum Domino de le Fontanis Gallico, & cum eis quadringentos de electis, ad explorandum Anglos.

1. Bewfurde *MS. Harl.* 2. Temptans *MS. Harl.* 3. Et eos imparatos *MS. Harl.*

Qui subito super exercitum Anglorum erumpentes, terga dederunt exploratores, & hinc inde fugati, sed evasi, nunciatum est Scotis adventum Anglorum, qui quasi hora tertia post nonam se soporantes illico experrecti ad arma confluxerunt. Et statim præmisit comes Buchaniæ consanguineum suum Robertum Stewart de Railstone, virum armis strenuum, cum 30. de expeditioribus ad inquirendum vada sive passagium cujusdam profundi torrentis de Bawgi. Qui dum approximarent cuidam ponti arcuali & arcto, & aliunde non erat transitus, supervenit dux Clarentiæ cum vexillis displicatis petens passagium pontis. Cui dictus Robertus cum suis viriliter ex adverso restiterunt, & transitum obstruxerunt, donec centum vel eo circa Scoti, de retinentia magistri Hugonis Kenedi, qui prope in quadam ecclesia hospitati supervenerunt, & magnum impetum transitus Anglorum præstiterunt, quousque, non sine maxima difficultate & violentia, dimissis equis, trans pontem dux cum suis pedestris passagium obtinuerunt, & campum de Bawgi petierunt. Ad quem continuo supervenit comes Buchaniæ cum suis vix ducentis in prima acie, & ad clangorem tubarum congressi, dux Clarentiæ lancea Domini Willelmi de Swynton in facie vulneratus, & clava comitis Buchaniæ ad terram pro-

1. *Desideratur hæc nota marginalis in MS. Harl.* 2. *Impeditum MS. Harl.* 3. *Pedestres MS. Harl.* 4. *Venit MS. Harl.*

stratus,

Johannis de Fordun

stratus, occubuit. Interim gregatim confluunt ex utraque parte, & congregantur, vulnerantur, capiuntur, occiduntur, & fugantur Anglici usque ad ¹ profundæ noctis caliginem. Ex parte Scotorum non ceciderunt ultra duodecim, & de communibus de Francis duo viri, scil. Carolus Dominus de Buttelare & frater Domini de Fontanis. Ex parte Anglorum ceciderunt Thomas dux Clarentiæ, comes de Riddefdale, Dominus de Rosse, Dominus Gray Codnor, cum aliis numero ² 1617. Capti autem erant comes de Somersset per Laurentium Vernor Scotum postea militem, comes de Hontingdon per Johannem ³ Lionbold militem Scotum, Dominus Thomas frater dicti comitis de Somersset, qui fratres fuere Dominæ Johannæ reginæ Scotorum, per Dominus de Fe-waut per Henricum Coningham Scotum, cum multis aliis. Audito Romæ rumore belli de Bawgi, fertur Papam Martinum sic respondisse, *Vere* ⁴ *Scoti Anglorum tiriaca sunt.* Unde quidam :

*Pontifex supremus Martinus fert vice quintus,
Antidotum Scoti Anglorum sunt bene* ⁵ *noti.*

1. Profundam MS. Harl. 2. XVIIIC. tantummodo in MS. Harl.
3. Crobold MS. Harl. 4. Scoti sunt antidotum sive tiriaca Anglorum, à manu recentiori, sed antiqua, in marg. MS. Harl. 5. Noti. &c. MS. Harl.

*De vindicta illata regi¹ Angliæ in mortem per
quendam Scotum Sanctum.*

CAPITULUM XXXIV.

CONSEQUENTER post bellum de Bawgi, rex Angliæ, audita morte fratris sui, & amissione suorum, seipsum præ rancore non sustinens, cum potestate valida applicuit ad portum de Hondeslew, & abhinc obsessit oppidum & castrum de Droco & obtinuit. Habuit etiam tunc secum Dominum Jacobum regem Scotorum, qui diu ante hoc erat in manibus eorum captus infra² trebas. De hinc processit juxta Aurelianam usque civitatem de Mulyn, quæ stat super Sequanam; hanc obsessit & cepit, una cum Capitaneo ejus Domino de Barbason. Ubi etiam capti sunt 20. Scoti viri fortissimi. Quos omnes fecit rex Angliæ suspendio interire, vocans eos traditores & rebelles regi suo, qui ibidem de oportet fuit regi Angliæ associatus; & ibidem deputatis custodibus, accessit ad Meldunum in Campania, ³ Mewez viz. inbry super aquam de Marle, oppidum quasi inexpugnabile. Quod tamen brachio forti cepit post tres menses, non sine magna strage suorum. Qui carens victualibus, misit suos ad prædan-

⁴ De morte regis Angliæ H. quinti.

1. Angliæ per Sanctum Feogram Scotum MS. Harl. 2. Trebras MS. Harl. 3. Ad Mewez inbry MS. Harl. 4. Deest hæc nota marginalis in MS. Harl.

Johannis de Fordun

dum patriam. Sed quia nil poterant, quod comedi posset, apprehendere, jussit immunitatem Sancti Fergusi five Feogri, quondam regis Scotiae filii, infringi & violare. Quam nemo immunis à vindicta audet violenter attemptare. Abhinc catalla & victualia, inibi pro immunitate à patriotis commendata, asportavit : & subito infirmitatem cancrofam, quam vulgariter *Saynt* ¹ *Frakre le male* vocant, subiit, & melancholicus effectus, capta civitate, Capitaneum ejusdem Bastardum de Verraris decapitatum per astellas suspendi fecit, transfixo ejusdem capite fude acutata, occisis de civibus in sua rabie trecentis vel ultra : & quia morbus acriter eum invasit, quæsit à Medicis originem & suæ infirmitatis occasionem, responderunt, quia temeravit immunitatem Sancti Feogri Scoti. Ad hæc rex torvo vultu & ferali voce respondit, quocunque perrexero, ² tam vivos Scotos quam defunctos in barbam meam reperio. ³ Abhinc in feretro locatus, jussit se deferri ad parcum le Bovincentis ⁴ in Arabie, ubi, putrefactis omnibus suis entralibus, genitalibus & spiritualibus membris, ⁵ mortuus est, & corpus suum Angliæ à suis transportatum est. Post bellum de Baugy dictus comes de Buchaine factus est Constabularius Franciæ. Et facto intervallo collegit suum

1. *Feogri MS. Harl.* 2. Scotos quam vivos quam def. *MS. Harl.* 3. Et abhinc *MS. Harl.* 4. *F. in rabie. Sed desunt in MS. Harl.* 5. Mortuus in rabie est, *MS. Harl.*

exercitum ad affiliendum oppidum de ¹ Caladon, quod est à civitate Carnotensi distans 2. leucis. Quod percipiens Delphinus Franciæ Carolus, qui nunc est rex, associatis sibi Ricardo fratre ducis Britanniæ, & comite de Harcowrt, una ² cum Constabulario, obsefferunt dictum oppidum per quindenam, & ad unum dirum assultum obtinuerunt arcem, & occiderunt Capitaneos Burgundos proditores redemptis Anglis. Eodem anno, in festo Sancti Niniani, erat in Laudonia maxima inundatio pluviam, ita ut, aqua intrante ecclesiam fratrum de Haddington, in ea possent supernatare magnæ batellæ, ubi in revestiario & librario madefacta erant vestimenta, & libri ³ quam plurimi, & notabiles deperditi & corrupti, & super aqua de Tina molendina quasi XII. pro fluvio aquæ funditus destructa.

*De bello de Vernelze Percy in Francia per Scotos
& Anglos.*

CAPITULUM XXXV.

ANNO Domini M.CCCC. XXII. Constabularius Franciæ obsessit manu forti oppidum de ⁴ Weranchez in confinibus Normanniæ, distans à monte Sancti Michaëlis per quatuor leucas, & cepit, dimissis Anglis defensoribus liberis

1. Galadone *MS. Harl.* 2. Cum dicto Constabulario *MS. Harl.*
3. *Deest* quam in *MS. Harl.* 4. Aueranchez *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

cum eorum armis & equis. Et in sequenti æstate venit Constabularius in Scotiam: ubi induxit Dominum Archibaldum secundum comitem de Dowglas, cujus filiam duxit dictus Constabularius, ad transferendum Gallias. Qui secum habens decem milia militum & valentium virorum, ex donatione regis Franciæ acceptavit ducatum Turonensem. Hoc anno, in festo Sancti Oswaldi, villa de Abirdene combusta est. ¹ Et in anno sequenti, mense Augusti, commissum est bellum de Vernolze Perche in Northmannia, in Octavis Sancti Laurentii, anno Domini m. cccc. xxiv. ubi ceciderunt Constabularius Franciæ ² comes Buchaniæ, & comes de Dowglas Locum-tenens Franciæ, & Jacobus de Dowglas filius ejus, Dominus etiam de Swyntone nepos ducis Albanæ, cum multis militibus & valentibus dominis, tam Scotis quam Gallicis. Ex parte Francorum cecidit comes Hercowrt consanguineus regis Franciæ germanus, & comes Narbonensis, ac etiam comes de Twnnas. Numerus occisorum ex omni parte, tam Anglorum quam ceterorum, 6000. ita quod tanta multitudo occisa est ³ Anglorum, quam etiam Scotorum & Francorum. Superba enim, ut dicitur, furcundia & præceps temeritas Scotorum fuit occasio casus & perditionis eorum. Qui dum in quadruplo excefferunt numerum

¹. Et anno sequenti, in mense *MS. Harl.* ². *Desunt* comes Buchaniæ in *MS. Harl.* ³. Anglicorum *MS. Harl.*

Anglorum, præter sagacis militiæ ordinem, in hostes irruunt, ubi, post ¹ quantalemcunque concertationem, arcitenentes Anglorum Scotorum hastis conterebrati fugam unanimiter ini'erunt. Quod cernentes lanciferi Anglici, dediti'oni se ultro dedissent, nisi quod paulo ante aciem belli pro certo didicerunt, quod dux Turonensis proclamari fecit, quod nullus sub certis poenis ² Anglos captivaret, sed indifferenter, sine quacunque redemptione, occiderentur. ³ Sed ad infelicitatem ibi accidit, quod, ubi magna & terribilis cohors Longobardorum emissariis ⁴ genetticis armatis, & ipsi per optime armati infederent Anglorum arcitenentes, de bello fugientes, revertere ocius ad campum compulerunt. Qui videntes se nullo fugæ præsidio posse salvari, ponentes animas suas in propriis manibus, tam ingentem imbrem jaculorum ⁵ & sagittarum acutarum in hostes emis'erunt, quod fencientibus terror affuit cum dolore. Unde arcitenentium invita reversio fuit parti adversæ infausta averfio, & irreparabilis casus exitialis subversio. Et, quod vecordius fuit, illa concio Lombardica, tanquam Phalanx angelica, quæ compulit sagittarios refugere, nunquam campum petierunt, nec de equis descenderunt; sed ultra creditum perterriti, ⁶ nuf-

1. Talemcunque *MS. Harl.* 2. Anglicos *MS. Harl.* 3. Sed & aliud infelicitatis ibi *MS. Harl.* 4. Genetticis ibi armatis *MS. Harl.* 5. *Desunt* & sagittarum acutarum in *MS. Harl.* 6. Nunquam *MS. Harl.*

quam,

Johannis de Fordun

quam, post arreptam suam propriam fugam, in Francia apparuerunt. Capitaneus ex parte ¹Anglorum erat Dominus Johannes, frater regis Henrici cancroso morbo Sancti Feogri extincti. Cum quo præcipuus erat comes Saresberienfis instructor & ²armiductor belli. Delata ³sunt enim funera nobilium ducis Turonensis & Constabularii Franciæ, nec non Jacobi de Dowglas filii ducis, ad monasterium Canonorum secularium ecclesiæ Sancti Gatiani infra civitatem Towrez de Turane, ubi, in choro ejusdem, collateraliter tumulati, decori & amabiles in vita in morte quoque non sunt separati. Post infautum bellum de Vernolze, Dominus Johannes Rothomagum petiit, & ⁴subito lepra percussus ibidem quievit, misso ab eo dicto comite de Sarrisberi cum potentia ad continuandum guerras in Galliis, ubi in ascensu suo in territorio Aurelianensi, infra terram de Bewez, obsessit oppidum de Convyle, & castrum munitissimum de Tureny, & cepit, & immisissis in eisdem Anglicis custodibus, secessit satis pompose ad affiliendum Aurelianam, & dum iter faceret obsessit oppidum Bogente, & etiam Mone super aquam de ⁵Lare, & obtinuit. De hinc processit ad Aurelianam, & compositis ⁴bastallis ligneis obsidionem firmavit, circa quam per duos men-

⁵De obsidione Aurelianensi.

1. Anglicorum *MS. Harl.* 2. Armidoctor *MS. Harl.* 3. Enim sunt ibi funera *MS. Harl.* 4. Ibidem lepra percussus subito quievit *MS. Harl.* 5. Bare *MS. Harl.* 6. Deest nota ista marginalis in *MS. Harl.*
fes

ses obidentes, tandem recuperaverunt turrim munitissimam super pontem. Quo comperto, civitatenses effregerunt archum pontis, ne per eundem accessus ad civitatem haberetur. Dum hæc sic se haberent, misit comes Saresberiae comitem de Southfolk oppidanis de Gearge-wis, petens deditionem villæ, alias¹ maximas minas eidem intentabat. Qui statim oppidum deliberabant, quia verisimiliter credebant, dictum comitem infra breve civitatem Aurelianensem vi armorum accepturum. Sed Deus, dispositor vicissitudinis & rerum, destruxit violentiam superbi comitis. Nam cum una die-rum ipse comes in meridie æstivalis caloris ascenderet turrim, ad introspicendum civitatem, stans in fenestra, sicut de more consueverat, auream targiam in manu ferebat, per umbo-nem illius minutis rimulis perforatam, ad con-tuendum per eandem tempore emissionis spicu-lorum vel sagittarum. Qui bene cognitus fue-rat per gestionem ejusdem, ubi tunc forte & à casu super muros civitatis ex transverso dimissa fuit funda bombardica, ad emittendum lapidem præparata. Quam fundabularius tempore pran-dendi commisit custodiæ duorum parvulorum, XII. vel eo circa annorum. Qui videntes tar-giam comitis, dixit alter reliquo, “Ecce vere
“ ibi est comes, ponamus tactum jam ignitum
“ in Camera, & faciemus jaculum quo terrebitur

1. Magnas *MS. Harl.*

“ comes,

“comes, qui se semper exhibet civitati adver-
 “sarium.” Ad jactum est consensum, & comes
 lapidis fulminatione vulneratus est in facie &
 per oculum, qui cito hujus seculi amisit gau-
 dium. Quod audientes cives glorificaverunt
 altissimum, qui innocentia¹ parvulorum libera-
 vit eos de tyrannide capitis superborum. Et
 istud factum ascriptum est miraculo nostræ
 Dominae.

De vidrice puella Franciæ, & de morte ejus.

CAPITULUM XXXVI.

ABHINC rapuerunt eum Angli ad oppi-
 dum Bogenfe, ubi vitam finivit. Reliquit
 autem post se, ad obsidionem Aurelianensem,
² Locum-tenentem quendam famosum armige-
 rum, Glasfynden nomine. Circa idem tempus
 venit de Lotharingia quædam virgo juvencula,
 nomine Johanna. Quæ dicebat, se fuisse mis-
 sam ab altissimo, ad propulsandum & enervan-
 dum Anglorum molimina. Quæ, acceptis à
 rege Franciæ duobus milibus armatorum viro-
 rum, accessit Aurelianis cum victualibus, præ-
 mittens Haraldum cum litera, & præcipiens
 obsidentibus, ex parte Dei omnipotentis, ut à
 civitate & à Francia³ recederent, alias poenas
 eis mirabiles intentabat. Qui nuncium surda

1. Puerorum liberavit *MS. Harl.* 2. Locum-tenentem *omittit*
MS. Harl. 3. Recederent *MS. Harl.*

aure spernentes, nullum eidem responsum mittere dignabantur. Quæ ubique arma ferens virilia, per batellos civitati victualia intromisit, & bastella conquifivit, & ipsum Glasinden cum fecentis & ultra occidit, & civitatem intravit, & civitatenfes humaniter confortavit. Abhinc recessit Turonis ad regem, & congregata majori potentia, cum duce ¹ à Lawnsone, id est, Lanconia, & Constabulario Francia, Aurelianas repetiit & obsidionem levavit. Unde Angli recesserunt ad oppidum ² le Mwne solare, quos à tergo infecuta, cum eis commisit bellum campestre, ubi occisi sunt de Anglis 3000. & vix de Francis & Scotis 20. personæ. Ubi capti sunt Dominus de Talbot & Dominus de Scalez. Dehinc processit & obsessit oppidum de ³ Geargew, & per assultum sumpsit, ubi captus fuit comes de Southfolk cum duobus fratribus suis. Et consequenter, de consilio le Pucel, accessit rex ad civitatem Remensem in Campania, & ibidem coronatus est, & inunctus ⁴ unctio ampullæ, per angelum Carolo Magno transmissæ. Hoc in tempore ecclesiæ Aurelianensi præfuit episcopus magister Johannes Kirkmichael Scotus. Quæ puella, dimissis ibidem custodibus, accessit ad civitatem ⁵ Saulitæ quæ reddita est ei. Dehinc ad Sanctum Dionisium,

1. De Lawnsone, id est, Alanconia, *MS. Harl.* 2. De *MS. Harl.*
3. Giergwis *MS. Harl.* 4. Per unctioem *MS. Harl.* 5. Saulice
MS. Harl.

Johannis de Fordun

quæ ultro reddita est ei, & ibidem dimisso rege, puella accessit Parisius cum 10000. & ipsum affluit, ubi multi de exercitu regis sagittatione fundarum, albalistrorum, lapidum & sagittarum vulnerati occubuerunt. Ubi etiam le Pucel per utraque femora ictu garaldi transfixa est. Quo comperto, rex transtulit se Aurelianis, & ipsa transducta ad Valeis, ubi curata, translata est ad Compendium, & ibi explorata & capta ab Anglis & Burgundis transmissa fuit Rothomago, ubi, judicio Domini Johannis Regentis, dolio inclusa incinerata est. Multa namque bona contulit regno Franciæ, & terrorem ad tempus Anglis incussit. Sed quo spiritu præmissa præsumpsit, novit ille qui nihil ignorat. Detulit enim in indice manus sinistrae annulum, quem quasi continue intueri¹ solet, sicut mihi retulit qui hæc vidit. Hæc est illa forte, de qua Merlinus in suis² Secretis scribit, ita dicens:

³ Simile huic reperies supra L.9.C.55.

*Gloria sublimis, rutilans ab aggere salis,
Megeros ebulliet mersos in Aurelianis.*

*Mæror magnificus Anglorum stigmata terit,
Frendens annopolæ magica mira satis.*

Corruit ab alto sublimi tacta nitore,

Pergit & ad pelagus, pace sua perit hic.

De qua etiam, ut dicitur, ⁴ prophetatum fuit sic:

1. F. solebat. 2. Secretis dicit: Gloria MS. Harl. 3. Deest hæc nota marginalis in MS. Harl. 4. Prophetizatum MS. Harl.

*Vis cum vi, culi bis septem se sociabunt,
 Gallorum pulli tauro nova bella parabunt.
 Ecce boant bella, portat vexilla puella.
 Virgo puellaris, artus induta virili
 Veste, Dei monitu, præparat relevare jacentem
 Lillaferum¹ regem & suos delere nefandos
 Hostes, præcipue qui nunc sunt Aurelianas.
 Urbe sub hac ipsam deterrent obsidione,
 Et, si tanta viris mens est se jungere bello,
 Arma sequi se quæ sua nunc parat alma puella.
 Credit fallaces Anglos succumbere morte,
 Marte² puellarum Gallis sternentibus illos.*

³ Hic Brigitta de Francis, cui apparuit nostra Domina, dicens, “quod nunquam erit sic firma
 “ & tranquilla pax in Francia, quod habitantes
 “ in ea plena securitate & concordia possunt
 “ ullatenus congaudere, antequam populus re-
 “ gni⁴ placaverit divinum verbum meum per
 “ aliqua magna pietatis & humilitatis opera,
 “ quando è suis multis peccatis & offensionibus
 “ ad indignationem & iram hætenus provoca-
 “ verunt.”⁶ Hæc puella capitanea fuit apud
 Mwne, ubi⁷ interiti sunt 3000. Anglorum, &
 capti Domini de Talbot,⁸ Willibi & Skelbi.

1. Potius, Regem que suos, cum MS. Harl. 2. Puellari MS. Harl.
 3. Dæst hæc in MS. Harl. 4. Placaverint Deum filium meum MS.
 Harl. 5. Quem suis MS. Harl. 6. Et notandum, quod hæc pu-
 ella supradicta fuit capitanea MS. Harl. 7. Interfecti MS. Harl.
 8. Wilkemi & Scalez MS. Harl.

*De morte ducis Albaniae Gubernatoris Scotiae,
comitisque de Fiff.*

CAPITULUM XXXVII.

ANNO Domini M. cccc. xix. obiit inclitus princeps Robertus dux Albaniae, comes de Fife & de Menteth, ac gubernator regni, 3^o. Nonarum Septembris. Qui gubernator, post mortem fratris sui regis Roberti tertii, quindecim annis virtuose gerebat. Et si qua forte in regno per potentes enormia commissa erant, patienter ad tempus diffimulavit. Quæ satis prudenter congruitate temporis adveniente noverat reformare, vel emendam assequi juxta votum. Attendens ad id sapientis,

Quod¹ violenta nequit peragit tranquilla potestas. Patientissimus omnium vir erat, mitis satis & benignus, communicativus & affabilis, convivus quotidianus super omnes suos compares, singularis vir magnarum expensarum & extraneus munificus erat, etiam forma præcipuus, corpore procerus & altus, canus capite & sensu amabilis, aspectu, prudentia & fortitudine præditus, temperantia clarus, longanimitate assiduus. Et ita in eo quasi omnium virtutum decorem sapientia adornabat, ut sermo illius, vel in summis regni consiliis, vel alicubi constitutus, semper in gratia sale esset conditus. In ca-

1. Violencia negat *MS. Harl.*

stro Strivelenfi, in senectute bona, octogenarius & ultra, perceptis catholicæ sacramentis ecclesiæ, sana mente Christiano more obdormivit in Domino, sepultusque est regaliter more regio, quia filius regis, in ecclesia monasteriali de Dunfermelyn, inter chorum & capellam nostræ Dominæ. Cujus Epitaphium :

*Jura tuens, & pacis amans, & maximus armis
Robertus primus dux in Albania summus :
Gratia, Naturæ speculum, quo vera refulsit
Justitia, & quicquid in principe mundus adorat,
Occidit, & pariter decus & pax, Scotia, totus
Excidit Robertus, custode rebus adempto
Anno milleno quater C. X. que noveno.
Ejusdem flamen cum Christo gaudeat. Amen.*

Post cujus mortem filius ejus primogenitus Dominus Murdacus Stewart stetit gubernator regni quasi per quatuor annos, usque ad liberationem Jacobi regis nostri de Anglia. Cui in gubernatione sua remissus nimium erat. Cujus propterea filii, insolentiores solito effecti, ad libitum nec ad licitum operantes, castigati fuerant à rege superveniente ad propria.

1. Debito *MS. Harl.*

De virtute ¹ Missæ miraculum.

CAPITULUM XXXVIII.

QUIDDAM etenim, quod stuporis ² multitudinem excedere creditur, subsequens esse dinoscitur miraculi novitas, & ³ insoliti operis soliditas, de virtute Missæ prædicabili; quod & etiam ad Sancti Columbæ honoris reverentiam nunc prosequendo describitur. Contigit autem anno Domini M.CCCC.XXI. quod abbas Sancti Columbæ de insula Emonia cum suis erat ad terram in æstate & autumo, qui his temporibus in insula morari non audebant propter metum Anglicorum. Non enim erant tunc, quales & nunc, in monasterio munitiones. Appropinquante igitur procellosa hieme, post congregata in horreo blada, ⁴ cum minus timeatur Anglorum incurio, abbas ⁵ cum fratribus, & familia, ac eorum utensilibus, intravit insulam ad morandum VIII. Kalendas Novembris, & in crastino die, scil. dominica, ad introducendum in barrellis cervisiam apud Bernhil brasiatam, cum aliis victualibus & domus necessariis, misit celerarium cum servis. Qui quasi hora tertia post meridiem ⁶ serenante dum à portu se moverent, & pacata æquora alacres

1. Missæ, & miraculum de Missa *MS. Harl.* 2. Multitudine exercere *MS. Harl.* 3. Insolidi *MS. Harl.* 4. Quando minus t. Anglicorum *MS. Harl.* 5. Cum suis fratribus *MS. Harl.* 6. Servi nautæ dum *MS. Harl.*

& potosi aligero fulcarent remigio, nichil quod alicujus offendiculi impedimentum eis parari sentiebant. Sed his non contenti, dicebant se velle velificare. Qui à duobus Canonicis prohibiti, prævaluerunt, & velum in altum tetenderunt. Et ecce subito navis quadam subitane turbinis impetitur, fluctibus inquietis perturbatur, & tempestatum furiis inquietius agitur. Fluctus batellam lateraliter impellunt & rejiciunt, nunc proram in aëra extollentes erigunt, nunc ad maris infima in præcipitio diducunt. Velum tandem nimis tempestatum flabris diffilierat. Nauta armaturam regiminis, qua carina disponi debuerat, amisit, & navis, sine gubernaculi destituta solamine, emergens in profundum diffiliebat. Quid plura? De sex personis, quæ in batella continebantur, tres, viz. Alexander Canonicus Celerarius & duo servi nautici, ² submersæ sunt. Reliquæ ³ tres, viz. Dominus Petrus Canonicus, Willelmus Bullok Capellanus, & unus latomus, non minus mirifice quam miraculose ⁴ salvatæ mortem pro tunc evaserunt. Petrus adminiculo cujusdam stupæ, sibi per beatum Columbam, ut asseruit, visibiliter apparentem, cujus adjutorium indefinenter flagitabat, ministratæ, sustentatus est. Duo vero alii, innitentes fasciculo straminis, per horam & dimidiam supernatantes, & alter-

1. Tamen nimis *MS. Harl.* 2. Submersi *MS. Harl.* 3. Tres personæ, viz. *MS. Harl.* 4. Salvati *MS. Harl.*

utro peccata sua confitentes, sic perstiterunt, quousque homines ¹ in Aberdone per batellam de porteum ipsis succursum præstiterunt. In hoc adjicitur miraculo, quod eo die hi tres, qui participes sacrosanctæ Missæ fuerunt, de mortis confinio liberantur. Dominus namque Petrus Canonicus ipsa dominica majori aviditate & præter solitum Missam celebrare cupiebat. Fuit enim tunc in insula ex casu nisi una oblata ad ² celebrandam magnam Missam reservata, & prior loci alba & stola indutus aquam consecraverat benedictam. Ad quem accessit Petrus, petens pro Deo, ut se ecclesiasticis exueret, & sibi facultatem ad ² celebrandam Missam concederet. Quod cum sibi ³ negasset, Petrus Abbati humiliter supplicavit, ut priorem alloqueretur. Qui, propter obedientiam, cessit Petro, & qui nunquam ante tam ardenti appetitu celebrare se disposuit, facta humiliter peccatorum confessione, Missam celebravit, & modico de ⁴ cibo prælibato, ad ⁵ inferenda lectisternia sua terram petiit, & cum parentibus & aliis ⁶ naviculam intravit, habens secum dictum latomum, qui Missæ interfuit eo die. ⁷ Capellanus etiam, qui tunc in batella erat, Missam ipso die apud ecclesiam de Dalgathi celebravit, & hi tres salvati sunt: reliqui vero, qui eadem die

1. De Abirdone *MS. Harl.* 2. Celebrandum *MS. Harl.* 3. Denegasset *MS. Harl.* 4. Cibis *MS. Harl.* 5. Inferendum *MS. Harl.* 6. Terram *pro* naviculam *in MS. Harl.* 7. Capellanus tunc, qui in batella erat, Missam eo die *MS. Harl.*

Missæ non curaverunt, vel propter sollicitudinem non quiverunt interesse, perierunt. Unde in hoc verificatur, quod dicit Augustinus de meritis Missæ, “quod illo die, quo quis Missam “devote audierit, mortem subitanæam non intraret.” Propter quod, ut in fine hujus libri nostri xv. aliquid ædificationis inferamus, merita Missæ, excerpta ex diversis sententiis sanctorum & doctorum ab ecclesia approbatorum, præsentibus conferamus.

2 De meritis & utilitate Missæ, & quomodo prodest audienti devote.

CAPITULUM XXXIX.

IN primis, ut ait Aurelius Augustinus, anima in Purgatorio paciens, tam diu refrigerium inveniet, vel ad minus tollerabilior poena erit, quam diu presbiter pro ea Missam celebraverit. Secundo, juxta eundem, hodie devote audiens Missam, & sic intendens crastino, & consequenter omni die, tantam gratiam consequetur, ut inconfessus non morietur, quia hunc Deus exaudit, qui Missam sæpius audit. Tercio, juxta eundem, excellit omnem aliam oracionem, eo quod continet intra se Dominicam Oracionem. Quarto, post audicionem Missæ homo meliorem faciet digestionem cibi & potus, & melius con-

1. Conferamus *MS. Hart.* 2. *Desideratur hoc capitulum in Apographo Galeano.*

veniet talis sumptio naturæ, quam quando Missam non audierit. Quinto, quam diu homo fuerit in audiendo Missam, in effectu non veterascit, vel tantum ante mortem habebit spacium vitæ quantum fuerat in audiendo Missam. Sexto, interea dum homo devote fuerit audiendo Missam, Diabolus si in eo potestatem habeat, amittit, post hoc minorem quam ante potestatem habiturus. ¹ Septimo, celebratio Missæ æquivalens est passioni Christi, dicentis, *Hæc quocienscumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Octavo, homo devote audiens Missam, si sit peccator virtute Missæ cicius resurget, si innocens firmiter stabit. Nono, quo die Missam quis devote audierit, ministrabuntur sibi victus necessaria. Decimo, vana verba, jocosa & incognita, jurata & venialia peccata, dummodo exercicio non ducantur, remittuntur. Undecimo, illo die quo quis ² Missæ devote audierit, mortem subitanam non incurret. Duodecimo, lumen ³ oculorum non amittet. Decimo tercio, si moriatur & velit communicare de Sacramento, & copiam presbiteri vel Sacramenti non habuerit, pro communicato apud Deum reputabitur. Decimo quarto, omnes passus euntis ad Missam devoto audiendam ab Angelo computantur, & ⁴ post labore ejus homo remunerabitur. Hæc Augustinus, qui sic concludit: Missa

1. *Septimum hunc articulum delevis manus recentior.* 2. *F. Missam.*
3. *Sic.* 4. *F. pro.*

est honor Sanctorum, falus vivorum, redempcio mortuorum. Per Miffam enim peccata tam vivorum quam mortuorum condonantur, & tantum est celebracio Miffæ quantum mors Crifti in cruce. Nam ficut omnes credentes falvati funt Crifti morte, fic omnes redempti celebra-
cione Miffæ. Ergo digne & devote Miffa audiatur, per quam homo perditus in fide falvatur. Ad propositum dicit Chriftus ad Brigit-
tam, Revelacionum libro 4^{to}. c. LVIII. Ex obla-
cione hujus sacrificii tria veniunt animabus. Primo, denique paciencia mea laudatur, quod fciens proditorem meum non repuli converfa-
cionem ejus. Secundo, quia astante proditore cum fuis, omnes ex unico verbo meo cecide-
runt ad terram, ubi potencia mea ostendeba-
tur. Tercio, quia oportet maliciam ejus & Dia-
boli ad animarum converti falutem, ubi fapi-
encia & caritas divina manifestabatur. Sic eciam ex oblacione sacerdotum tria veniunt bona. Primo laudatur ab omni exercitu coelesti paci-
encia mea, quia idem five in manibus boni & mali sacerdotis. quia apud me non est perfo-
narum accepicio, nec merita hominum confi-
ciunt hoc Sacramentum, fed verba mea. Se-
cundo, quia oblacio prodest omnibus, à quo-
cumque sacerdote est oblata. Tercio, quia prodest eciam ipsis offerentibus quantumcum-
que malis, quia ficut ex uno verbo, quod dixi,
corruerunt hostes mei corporaliter in terram,

fic dicto verbo meo, *f. hoc est corpus meum*, fugiunt Dæmones à temptatione animas offerencium, nec auderent redire ad eos cum tanta audacia, si effectus peccandi non sequeretur. Alias formidandum est qui manducat & bibit indigne &c. In Revelacionibus hujus Sanctæ Matildis legitur, quod, si homo omnia deperdita & deposita sive neglecta sua sufficienter recuperare voluerit, sæpius ad illud prænotabile & dignissimum accedat ad Sacramentum corporis Christi, quod in se continet omnia bona, omnis gratiæ inventivum. Dicit enim Jeronimus, quod cotidie Missam audienti conceditur hîc quod juste à Deo postulat, aut in futuro sibi reservabitur, quod melius est. Dicit etiam Crisostomus, quod mulier die partus sui audiens Missam pariet cum multo minori dolore vel pœna, quam si Missam non audierat. Sacramenti suffragio cotidie cœlum apperitur. Unde Augustinus in Enchiridion. Non est ambigendum, defunctorum animas pietate viventium relevari, cum pro illis sacrificium altaris pie offertur mediatori. Ad illud facit, quod scribit Gregorius IV^{to}. Dialogorum. Quis fidelium dubium habere possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos aperiri? Et in illo Ihesu Christi misterio choros angelorum adesse summis imis sociari? Existenti in Purgatorio cotidie pœna minuitur. pro quo

scribit Antifiodorus in summa, quod nulla Missa digne in ecclesia pro defunctis celebratur, quando virtute ejus multæ animæ de Purgatorio liberantur. GREGORIUS. Cum una Missa dicitur pro defunctis, singulæ animæ, in Purgatorio existentes, unam Missam integram se habere sentiunt & gratulantur. Ad idem Bernardus, quod virtute Missæ peccatores convertuntur. Unde Bernardus super Cantica. Ecce, inquit, quam bonum & quam mirificum de Dei misericordia donum. Nam nunquam debite celebrantur divina misteria, quando ibi concurrunt duo opera virtuosa, viz. unius peccatoris conversio, vel ad minus unius animæ de Purgatorio liberatio. Alios quatuor effectus virtuosos ponit idem Bernardus in sequenti metro dicens: Roborat contra vicia augmentans virtutes, hoc sacrum delet venialia & unit Christo. Unde sic de eo concludit dicens: Corpus Christi est ægrotis medicina, peregrinantibus diæta, debiles confortat, valentes dilectat, languores sanat, sanitatem servat. Per hoc fit homo mansuecior ad correptionem, paciencior ad laborem, ardencior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obediendum prompcior, ad gratiarum acciones devocior. Unde Hildebertus:

Inde fit, ut, quociens sacris accedimus aris,

Periculis cedat hostia fracta tribus.

Pars intincta mero pro vivis orat, opusque

Sanguinis & carnis expiat ipsa caro.

Pro

Johannis de Fordun

Pro bene defunctis (quorum purgacior unus

Hoc interventu non eget, alter eget)

Offerimus tibi, Christe, duas, sed propter eosdem

Oblatæ pariter non operantur idem.

Nam pars pro sanctis, pars est pro sanctificandis.

Illa refert grates, supplicat ista Deo.

Ostia pro justis, laus est pro justificandis;

Mencio pro reliquis causam agit alterius.

Fit cibus hic ex pane, caro Deus ex elemento,

Misterio simplex, utilitate triplex.

Ipse calix tumulum denotat, ara crucem.

Utque fides assit, terrorque recedat & horror,

Fit cibus ipsa caro, panis ymago manet.

Constat in altari panem de carne creari.

Inde Deus cibus est, qui negat hoc reus est.

Tam sacrum pignus nullus sumat nisi dignus.

Qui capit indigne baratri cruciabitur igne.

Dum corpus Christi sacratur ab ore ministri,

Vinum¹ fit sanguis, panis substantiæ carnis.

Panis mutatur specie remanente priore,

Sed non est talis qualis sentitur in ore.

Sumitur occulte Christus, ne sit tibi stulte,

Ut quia sub forma propria nequit ipse videri.

Sic occultatur quare? Quia si videatur

² Forsitan horreres & manducare timeres.

Dat sese Ihesus, manet³ integer omnibus esus.

Manditur illæsus, bibitur non vulnere cæsus.

Vim Sacramenti non mutat vita ministri.

1. Sit MS. 2. Forcitan MS. 3. Intiger MS.

¹ *Presbiter in mensa Christi quid agas bene pensa,
Aut tibi vita datur, aut mors tibi dira paratur.*

Sed Christi panis non est sanus nisi sanis.

Hæc caro quam comedis te salvat si bene credis.

At male si credis, judicium comedis.

HIC finem libri propofui fecisse, sed mente ulterius stimulus ob intollerabilem tyrannidem, undique excrefcentem concito post mortem inclitissimi regis nostri Jacobi primi per univcrsum regnum, nunc breviter perstringam ² ejus actus inclitos, ut regalis ejusdem rectoria fit sequacibus ejus regibus tanquam imago descripta speculo refulgens, forma virtutis ³ ceteris. Sed heu! ⁴ quod post ejus mortem,

Sub pedibus timor est securaque summa s malorum.

PRologus libri XVI.

CAPITULUM I.

De liberatione regis nostri Jacobi primi de Anglia.

CAP. II.

De diversis schismatibus inter contendentes pro Papatu.

CAP. III. cum IV. sequentibus.

De Amadeo, duce Sabaudia, electo per Consilium Basiliense.

CAP. VIII.

De arrestatione Walteri Stewart, primogeniti ducis Albaniae; & de Taxa.

CAP. IX.

1. Præbiter MS. 2. Hujus MS. Harl. 3. &c. pro ceteris in MS. Harl. 4. Quia post hujus MS. Harl. 5. Malorum &c. MS. Harl.

Johannis de Fordun

De arrestatione & decollatione Domini Murdaci ducis
Albania. CAP. X.

De legatione hinc inde inter reges Francia & Scotia
missa pro primogenita regis Scotia. CAP. XI.

De desponsatione primogenita regis Scotia cum Del-
phino Francia. CAP. XII.

Quod impositiones & taxæ de facili non sunt ¹ indi-
cendæ. CAP. XIII.

Quod nec de facili statuta sunt facienda, & de regali
festo ² Natalis. CAP. XIV.

De Parlamento apud Innes, & de arrestatione Ca-
ternanorum. CAP. XV.

De conflictu & fuga de Badzenach, & nativitate Ja-
cobi secundi regis nostri. CAP. XVI.

De occisione comitis Cathania, & conflictu mirabili
Caternanorum. CAP. XVII.

De fundatione Cartusensium apud Perth in valle vir-
tuosa. CAP. XVIII.

De commendatione ordinis Cartusensis. CAP. XIX.

De combustione Paule ³ Crawar, & de Lollardis.
CAP. XX. cum 2. C. sequentibus.

Quod Anglici subtiliter conati sunt inducere Scotos
ad cifrandam ⁴ ligam quæ est inter nos & Fran-
cos. CAP. XXIII.

De altercatione inter Prælatos de hac re, & receptione
castri de Dunbar. CAP. XXIV.

De conflictu de Piperdene, & de morte comitis Mar-
ria, & de comite de Averoise. CAP. XXV.

De obsidione castri de Roxburghe, & de episcopo

1. Imponendi [l. imponendæ] *MS. Harl.* 2. Natalis Domini
tento apud Sanctum Andream *MS. Harl.* 3. Craw *MS. Harl.*
4. Ligam inter eos & Francos *MS. Harl.*

- Urbinatē Legato. CAP. XXVI.
De proditiosa morte regis nostri Jacobi primi. CAP. XXVII.
De descriptione ejus. CAP. XXVIII. cum seq. 3.
De bona littera & exhortatione ejus ad Abbates, pro
capitulis suis generalibus repetendis. CAP. XXXII.
Quod tranquillitatem summam & pacem introduxit
regno. CAP. XXXIII.
Quod felici pace omnes regnicolæ gaudebant in vita
regis. CAP. XXXIV.
Hic deflet auctor seculum nequam, & regnum quasi
acephalum sine rectore. CAP. XXXV.
Quod convenit regi habere fortes affidentes lateri
suo. CAP. XXXVI.
De inevitabili morte ejus & omnium, & quod conso-
lemur in filio suo nunc regnante. CAP. XXXVII.
De epitaphio ejus. CAP. XXXVIII.
De conclusione operis. CAP. XXXIX.

*Sequentes litteræ¹ deberent situari infra sequen-
tem librum 16. ad xxx. cap.*



ENRICUS, Dei gratia, rex
Angliæ & Franciæ, Dominus
Hiberniæ, Jacobo regi Sco-
torum, salutem, & ut debite
faciatis quæ hortamur. Quo-
modo antecessores nostri &
progenitores, reges Angliæ,
jure superioritatis & directi domini, ab anti-

1. Quæ quidem desunt in MS. Harl. Exstant autem apud Rymeri
Fœdera, Tom. VIII. pag. 155.

quissimis retroactis temporibus, viz. à tempore Lochrini filii Bruti, regno Scotiæ & ipsius regibus in temporalibus & annexis eisdem præfuerunt; & ab ipsis regibus pro regno Scotiæ, & ejusdem regni proceribus, à quibus habere¹ valeant, liegium homagium & fidelitatis juramentum receperunt, vos latere nullatenus dubitamus. Et, ex quo idem antecessores & progenitores nostri, à dictis temporibus & citra, in possessione juris & dominii prædictorum vel quasi fuerunt: Nos, eorundem juris & dominii possessionem continuantes, nihil novi innovantes, sed jura & prærogativas coronæ nostræ servare volentes illæsa, prout ad id, ex virtute per nos præstiti juramenti, sumus obligati: Idcirco vos, tenore præsentium, requirimus, monemus, & hortamur, quatenus, consideratis Christiani sanguinis effusione aliisque periculis & damnis, quæ ex præmissis, si non fierent, possent verisimiliter evenire, Nobis homagium & fidelitatem prædictam facere, prout prædecessores vestri, juste & legitime reges Scotorum, & præsertim Willelmus, qui Henrico secundo & Johanni filio suo, & Alexander, qui Henrico tertio² octavo, & Edwardo tritavo nostris, & Johannes de Balliolo, qui³ eisdem Edwardo regibus Angliæ, his quasi novissimis temporibus

1. Volebant *apud Rym.* 2. Attavo *Rym.* 3. Eidem Edwardo, Ac Edwardus, filius dicti Johannis de Baliolo, qui Edwardo Tertio Avo nostro, regibus Angliæ, hiis quasi novissimis *Rym.*

fecerunt, die lunæ xxiii. die mensis præsentis Augusti, apud Edenburgh, (ubi tunc & ob hanc causam, & etiam propter pacem & tranquillitatem regnorum Angliæ & Scotiæ, esse intendimus) ¹ futuro veniatis, & vos omnes prælatos & proceres regni Scotiæ ad eisdem diem, locum & actum venire faciatis. Certificantes vos & ipsos, quod, non ex præsumptione seu elatione cordis nostri, sed ut vos ad debitum, quo nobis astricti estis, inducamus, requisitionem hujusmodi facimus, & vos hortamur. etiam affectantes, ² quia citius & libentius, causa & vigore istius nostræ requisitionis, homagium & fidelitatem, nobis ³ debitis, faceretis, quàm (contumacia & rebellione vestris id causantibus) ad extendendum brachium potentiæ nostræ provocaremur: in clementia summi Judicis, qui tribuit unicuique quod suum est, confidentes, speramus, ut ipse (vestris rebellione & obstinacia perseverantibus) ad conservationem juris nostri, & confusionem æmuloꝝ nostrorum & rebellium, in prosperitate ⁴ dirigat actus nostros. In cujus rei testimonium has literas fieri fecimus patentes apud villam de Novo Castro super Tyne, die sexto Augusti, anno regni nostri primo.

1. Facturus ven. *Rym.* 2. Quòd *Rym.* 3. Debita *Rym.* 4. Diriget *Rym.*

Ad Proceres Scotiae.

HENRICUS &c. universis ducibus, comitibus, aliisque proceribus regni, salutem, & ut debite faciatis quæ hortamur. Ea propter nos regem Scotorum, per ¹ nostri certi tenoris literas, requisivimus, monuimus, & hortabamur, quatenus, consideratis Christiani sanguinis effusione aliisque periculis & damnis, quæ ex præmissis, si non fierent, verifimiliter ² possent evenire, nobis homagium & fidelitatem prædictam, (prout prædecessores fui, juste & legitime reges Scotorum, regibus Angliæ, progenitoribus nostris, à retroactis temporibus consueverunt,) die lunæ, xxiii. præsentis mensis Augusti, apud Edenburghe, (ubi tunc ob hanc causam, & etiam propter pacem & tranquillitatem regnorum, tam Angliæ, quam Scotiæ, esse intendimus) ³ futuris veniat, prout in nostris literis, inde confectis, plenius continetur. Cum ergo in actis nostris inter reges Angliæ & Scotiæ, qui fuerunt, habitis, inter cetera, reperimus, ⁴ quod è vobis, à quibus rex Angliæ voluerit, sibi liegium homagium & fidelitatis juramentum facient & præstabunt; idcirco vos omnes & singulos, tenore præsentium, requirimus, quatenus præfatum regem Scotiæ ad faciendum præmissa inducatis. Et, si ipse vestris exhorta-

1. Nostras *Rym.* 2. Possunt *Rym.* 3. Facturus veniat *Rym.*
4. Quod illi ex vobis *Rym.*

tionibus noluerit assentire, vos nihilominus, dictis die & loco, coram nobis ¹ comperiatis, liegium homagium & fidelitatis juramentum nobis facturi, ceteraque acturi quæ qualitas ² acti exigerit, & de jure fuerint facienda. Alioquin justiciam nostram prosequi intendimus, prout de jure melius possumus, & divinæ placuerit majestati. In cujus rei testimonium, &c.

Hæc litera non fuit proceribus regni præsentata.

Prologus hujus Libri XVI. sequentis.

CAPITULUM I.



CONSIDERANTI mihi de instabilitate status hujus regni, utpote in quanta requie opulenta & justitia optabili in diebus claræ memoriæ Domini Jacobi regis nostri defuncti, (cujus actus & temporum vicissitudines nunc sum descripturus,) respectu fallacis instantis ævi, magis flere libet, quam ulteriorum Chronicorum telam retexere. Sed quia coeleste gaudium non nisi per terrenas amaritudines recuperare speramus, ad toleranda patientius adversa spes felicitatis, quæ præsentī miseræ succedit, nos corroborat, ut ipsa spes manentis lætitiæ leviget tristitiam

1. Compareatis *Rym.* 2. Facti exegerit *Rym.*

trans-

transeuntis angustia. Sic & si mortuus sit legis noster rex & auriga, non tamen ut mortuum omnino deploremus. Similem enim sibi reliquit heredem ejusdem quidem nominis, sed utinam usque ad mortem non inferioris ominis. Qui huc usque hilarem sui suis saltem innocuis liegiis præbet opinionem adolescens. Cujus, laus altissimo, inter ætatis initia virtutis indicia¹ valescunt. Sed, ut proverbialiter dicitur, dum herba crescit, vitulus deficit. Longum reputamus adventum tuum, ô rex, ad ætatem virilem, qua valeas nos, quotidiana tyrannide turbatos, raptis & spoliis depressos, de tribulatione, qua nos deprimimur, erigere, leges dictare, justitias exercere, ut liberes pauperem à potente, & ² pauperem, cui, præter ³ Dominum, non est apud nos alius adjutor. Meminerisque, te legis esse latorem, ut compescas latronem, raptorem refrenes, quod si absit, non recte regas, leges non legas, sed ⁴ firmes exleges. Quid enim potest esse melius, quam homines de bonis legibus confidere, & casus reliquos non timere? Jura enim publica certissime sunt humanæ vitæ solatia, infirmorum auxilia, tyrannorum frena. Unde & securitas venit, & conscientia proficit. Sed heu! nunc, quia nos miseri in defectu justitiæ deflemus, tempus advenisse, de quo Ovidius in Metamorphosi,

1. Coalescunt *MS. Harl.* 2. Sic etiam *MS. Harl. F. inopem.*
3. Deum *MS. Harl.* 4. Firmas *MS. Harl.*

*Vivitur ex raptō, non hospes ab hospite tutus ;
Non socer à genero. Fratrum quoque gratia rara est.
Victa jacet pietas, ¹ &c.*

Propter quod utique dicere & sentire possumus
cum poëta :

*Aurea tempora primaque robora præterierunt.
Aurea gens fuit, & simul hæc ruit, illa ruerunt.
Flebilis incipit, aurea suscipit, aurea metas
Transit ocius, & studium prius, & prior ætas.
Gratia firmior, ordo valentior esse solebat.
Melleque lactea, lacteque mellea terra fluebat,
Afflua frugibus, arva rigantibus arida cælis,
Dans bona dantibus, atque fidelibus ipsa fidelis.
Pax dabat ocia, gens erat inscia prorsus obesse ;
Terra fidelibus afflua patribus, afflua messe.
Pax jacet irrita, terraque perdita, jusque bonumque.
Hujus amor ruit, illius aruit : aret utrumque.
Terra negat sata, pax homini data sola fugatur.
Quæ rata floruit, ² irrita corruiet & violatur.
Lex Domini ruit, improba non luit improbus ausus.
Ausibus ultio deest, datur unctio pro cruce plausus.
Vis caret obice, crimina vindice, iudice lites.
Probraque verberare, furtaque carcere, præfule mites.
Prorsus ad impia larga licentia fertur ubique.
In mala curritur, & male vivitur, itur inique.*

Propter enim gemitus inopum, & miserias pau-
perum, quos etiam ego, qui hæc scribo, præ-

1. Deest &c. in MS. Harl. 2. Arida MS. Harl.

Johannis de Fordun

fenti & eodem die vidi, & audivi in proximo & in confinibus meis pauperes denudari, vestibus & utensilibus inhumaniter spoliari, dicam cum eo, qui dicebat, *Vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lachrimas innocentium, & consolatorem nullum: nec posse resistere eorum violentiæ cunctorum auxilio destitutos. Laudavi magis mortuos, quam viventes: & feliciorum utroque judicavi qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt.* Eccles. iv. Unde & ego alter, æque ut in Threnis Jeremias, idiomate varians celeumata de cordis penetralibus erumpere cogor, & dicere compellor, *Lauch liis down our all: Fallax fraus regnat ubique. Nicht gerris richt down fall: Regnum quia rexit inique. Trewothe is mad now thral: Spernunt quam dico plerique. Bot til Chryste we call; Periemus² nos animique.*

De liberatione regis nostri Jacobi primi de Anglia.

CAPITULUM II.

ANNO Domini M. cccc. xxiii. circa dominicam in Passione, rex Jacobus primus, liber de captivitate effectus, (³ convento tamen prius de redemptione ad solvendum centum milia pro costagiis) intravit terram Scotiæ, ducens secum Johannam sponsam suam, filiam no-

1. Neminem *MS. Harl.* 2. Omnes pro nos in *MS. Harl.* 3. Conventit *MS. Harl.*

bilis principis Domini Johannis Bewford Mar-
kisi de Dorset & comitis de Somerset, filii Do-
mini Johannis Gawnt ducis Lancastriæ. Cujus
mater erat Domina Katherina, filia Domini Tho-
mæ de Holandia comitis de Kent, fratris Do-
mini regis Ricardi secundi, quem à regno & regi-
mine pepulit Henricus quartus rex Angliæ. De
centum milibus marcarum præmissis pro dota-
litio remittitur regi medietas, i. e. 50000. pro
cujus summæ solutionis securitate missi sunt ob-
sides comites & baronès, nec non filii & here-
des pene omnium procerum Scotiæ, quorum in
Anglia multi² obierunt, multi adhuc viventes,
nunquam, ut creditur, reversuri, sicut infra dice-
tur. ³ Et eodem anno, sive sequenti, scil. Do-
mini M.CCCC.XXIV. XXI. die mensis Maii, ipse rex
cum regina solemniter apud Sconam coronantur,
officium exequente reverendo in Christo patre
Domino Henrico de Wardlaw episcopo Sancti
Andreae, astantibus quasi omnibus episcopis,
prælati & proceribus regni, ubi dux Albaniae
comes de Fyff Dominus Murdacus Stewart, ex
privilegio sibi competenti, regem in sede collo-
cavit regali. Hoc in tempore celebratum est
Consilium Senense, quod inchoatum fuit in Pa-
pia, anno scil. quinto post Consilium Constan-
tense. In quo, pro extirpatione hæresium &
scismatum, proque ecclesiæ in capite & in mem-

1. Pro alterius medietatis summæ solutionis securitate *MS. Harl.* 2. Occubuerunt *MS. Harl.* 3. *Deest & in MS. Harl.*

1 Consti-
tutio Con-
stantiensis
Consilii
super fre-
quentati-
one gene-
ralium
Consilio-
rum.

bris reformatione excessuum, & pace inter regna & principes habenda, statutum est, & per Consilium Basiliense innovatum seu confirmatum, quod primum consilium à fine hujus Constantiensis Consilii in quinquennium immediate sequens celebretur. Secundum vero à fine illius immediate sequentis Consilii in septennio, & deinceps de decennio in decennium² perpetuo celebrentur in locis, quæ summus Pontifex per mensem ante finem cujuslibet consilii, approbante & consentienti consilio, vel in ejus defectu consilium deputare & assignare teneatur: ut sic per quandam continuationem semper aut consilium vigeat, aut per anni pendentiam expectetur, quem terminum liceat summo Pontifici, de fratrum suorum Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium consilio, obmergentibus forte causis abbreviare, sed nullatenus prorogetur, ut patet per constitutionem, quæ frequens ibi nominatur. In isto Consilio Constantiensi finem sortitum est dolorosum scisma, quod continuavit per 80. annos, ut patet supra, libro xv. c. 24. Quæ & quanta damna temporibus suis efficiunt hujusmodi maledicta scismata non solum humanis corporibus, sed & animabus, non est nostræ facultatis evolvere. Et ideo breviter omnia scismata, quæ ex diversis Chronicis,³ præcipue ex collectis magistri Andreae,⁴ Cincatenfis

1. Notam hanc marginalem omittit MS. Harl. 2. Perpetuum MS. Harl. 3. Et præcipue MS. Harl. 4. Civitatenfis episcopi, recolligere MS. Harl. episco-

episcopi, colligere potui, pro majori parte illorum qui ¹ de Papatu contendebant, præsentibus inferere dignum duxi.

*De diversis Scismatibus inter contendentes
pro Papatu.*

CAPITULUM III.

P RIMUM Scisma ortum est anno Domini 1.
ccc. xlix. tempore Constantini & Constantis, (filiorum Magni Constantini,) & Felicis secundi Papæ. ² Ejus Antipapa fuit Liberius Arrianus, qui tamen primo fuerat Catholicus, sed, post mortem Felicis, ultione divina, crepuit medius, & diffusa sunt viscera ejus. Duravit ³ id Scisma vi. annis. Secundum Scisma fuit anno Domini 2.
ccc. lxx. tempore Juliani Apostatæ & Damasci Papæ, cujus Antipapa fuit Ursinus, sed Consilio rejectus. Istud Scisma duravit mensibus sex. Tertium Scisma anno Domini 3.
cccc. xl. tempore Honorii & Archadii, & Bonifacii Papæ, cujus Antipapa Culalius ⁴ per Honorium violenter dejectus est. Et duravit Scisma duobus annis. Quartum anno Domini 4.
cccc. xliii. tempore Theodorici regis ⁵ Gothorum. Cujus Antipapa fuit Laurentius, Ravennæ cum confusione ejectus. Et duravit annis quatuor. Quintum 5.

1. Pro *MS. Harl.* 2. Cujus *MS. Harl.* 3. Istud *MS. Harl.* 4. Et per *MS. Harl.* 5. *Addend. forstian, & Symmachi. Notandum vero, in re Chronologica graviter lapsus esse collectorem. Quemadmodum & mire erravit in aliis ad hæc Schismata pertinentibus.*

- anno Domini cccc.xliiii. tempore Bonificii secundi, cujus Antipapa fuit Dioscorus, qui subito moritur, & duravit tantum mensibus quatuor.
6. Sextum anno Domini cccc. xliiii. tempore Severini primi, cujus Antipapa fuit Virgilius, & duravit per octo menses; sed, mortuo Severino, Virgilius eligitur, & stetit Papa xvii. annis.
7. Septimum anno Domini cccc. xci. tempore Justiniani secundi, & Zenonis, cujus Antipapæ fuerunt Petrus & Theodarius, quibus cæsis, stetit Zeno Papa annis ferme tribus, & duravit Scisma mensibus tribus.
8. Octavum Scisma anno Domini cccccxxiv. ¹ habuit Gregorius secundus, cujus Antipapæ fuerunt Theodorus & Pascalis, & duravit mensibus quinque.
9. Nonum anno Domini cccccxxix. habuit Stephanus secundus, cujus Antipapæ Constantinus & Philippus, sed ejecti sunt per Clerum & Populum Romanum, & duravit annis duobus.
10. Decimum Scisma anno Domini viiicxxvi. habuit Eugenius secundus, cujus Antipapæ nomen ignoratur, ² ejectus per Lotharium Imperatorem, & duravit mensibus quatuor.
11. Scisma anno Domini ixcx. tempore Arnulphi Imperatoris habuit Formosus primus, qui tamen fuit degradatus per Johannem nonum Papam, & vi tenuit Papatum. Post quem succedunt 8. Papæ, ³ qui parvo tempore durant. Quorum ali-

1. Tempore Gregorii II. cujus *MS. Harl.* 2. Sed dejectus *MS. Harl.* 3. Sed pro qui in *MS. Harl.*

qui approbaverunt Formosi gesta, alii in Con-
 filio 74. episcoporum condemnauerunt. Seda-
 tum fuit per Sergium Papam, duravit annis quin-
 que & mensibus sex. Duodecimum anno Do-
 mini IXC.XXIII. tempore Conradi Imperatoris
 habuit Leo quintus, & mansit pacifice 40. die-
 bus, quem Christophorus captivavit, & Antipapa
 effectus est, & post mortem Leonis stetit sic
 Christophorus mensibus 7. sed auxilio Lotha-
 rii, regis Franciæ, Sergius secundus eligitur:
 & capto Christophoro & in monasterio deten-
 to, omnia facta Formosi approbavit. Duravit
 Scisma mensibus 8. Decimum tertium Scisma an-
 no Domini IXC.LIV. tempore Othonis primi pe-
 riculosissimum extitit. Nam, collecto à tota Italia
 episcoporum consilio, Johannes decimus Papa
 de nefariis causis infamatur. Qui tertio evo-
 catus, dum se excusatum venire cunctatur, post
 multa tandem, eo à cunctis præjudicato, Leo
 sextus, adhuc Laicus, electione omnium & con-
 sensu Imperatoris Papa substituitur. Sic Leo,
 præsidens Apostolicæ sedi, fecit ordinationes,
 & ea quæ erant Apostolica. Nec longum Ro-
 mani, alterata fide, apud Imperatorem Papam
 receperunt Johannem. Ille, Synodo collecta,
 Leonem deposuit, & ejus gesta cassavit.

12.

13.

I. IXC.XXIV. MS. Harl.

Adhuc

Adhuc de eisdem Scismatibus.

CAPITULUM IV.

STATUTUM quoque est publico omnium judicio, Synodum à Leone habitam nec nominandam Synodum, sed prostibulum favens adulteris. Quicumque ergo eo ordinanti erant damnati, jussi sunt suam ipsorum proscriptio- nem præsentare in carta, hæc continente ver- ba, "Pater meus nil sibi habuit, nil mihi dedit,"¹ & sic depositi remanserunt in illis gradibus, si quos habuerant, non à Leone ordinati. Si qui autem digni judicantur, non accepta prius con- fecratione ordinantur; indicto² illis eodem se- creto, quod & damnatis à Constantino Neo- phito. Romani igitur, à Papa Johanne pecu- nia illecti, Imperatorem, cum paucis Romæ morantem, subito aggressi, ita ab exercitu Im- peratoris sunt attriti, ut, nisi ab Imperatore & à Papa Leone milites Imperatoris à cæde revo- carentur, usque ad internicionem Romani dele- rentur. Quibus per Leonem Imperatori recon- ciliatis, post abcessum Imperatoris, Leo Papa, infidias sibi parari sentiens, ad Imperatorem fugit. Johannes Expapa, se cum uxore cujusdam oblectans, à Diabolo in tempore percutitur, ac sine viatico Dominico moritur. Romani vero contra juramentum, quod Imperatori fecerant,

1. Sicque depositi *MS. Harl.* 2. Illis & eodem *MS. Harl.*

se nunquam electuros Papam sine ejus & filii
ejus Othonis consensu, Benedictum quintum
sibi Papam statuerunt. Imperator ¹ autem,
Roma obsessa, Romanos cæde & fame adeo
afflixit, ut Leonem Papam se recepturos pro-
mitterent. Sic Benedictus rejectus, ² non solum
Papatu, sed etiam sacerdotio, à Leone exordi-
natur. Hoc Scisma annis novem duravit. De-
cimum quartum Scisma anno Domini M. tem-
pore Othonis tertii Imperatoris Gregorius quin-
tus habuit, quia Imperator prædictus, castro
Sancti Angeli obsesso, quendam Johannem, epi-
scopum ³ Pladentinum, quem Crescentius Sena-
tor Romæ ⁴ qui Antipapam præfecerat, exocu-
latum omnibus mulctabat, & Gregorium in Pa-
patam reposuit. Hoc Scisma duobus annis du-
ravit. Decimum quintum Scisma anno Domini
M.XII. tempore Imperatoris Henrici primi, Be-
neditus octavus electus in Papam habuit contra
Antipapam. Sed Benedictus per Cle-
rum & Populum restituitur. Et Antipapa per
Romanum Populum ejicitur. Duravit autem
Scisma fere per annum. Decimum sextum
Scisma anno Domini ⁵ M.XLVII. tempore Hen-
rici secundi, habuit Benedictus nonus, ⁶ qui post-
quam stetit novem annis ⁷ è Papatu ejicitur; &
quidam Cardinalis, dictus Sylvester, in Papam

14.

15.

16.

1. *Eciam pro autem in MS. Harl.* 2. *Et non MS. Harl.* 3. *Plau-
dentinum MS. Harl.* 4. *Tò qui delendum forsitan.* 5. *M. XLVI. MS.
Harl.* 6. *Quia pro qui in MS. Harl.* 7. *De MS. Harl.*

- erigitur. Et post 25. dies, Sylvestro de Papatu ejecto, Benedictus reponitur, qui, post dimidium mensem, Papatum vendidit cuidam archipresbytero Romano, qui dictus est Gregorius sextus. Qui mox timore divino correptus Pontificem substituit, & ipse solus spiritualibus intendebat. Contra quos clerus & populus tertium in Papam elegerunt, qui vires amborum gereret. Contra quos Imperator recipit juramentum à Romanis, quod nunquam eligeretur aliquis Papa sine consensu Imperatoris. Et, convocata per ipsum Synodo, illi tres perpetuo relegantur. Et electus est in Papam episcopus Barnbargensis, vocatusque est Clemens secundus. Duravit hoc Scisma duobus annis & mensibus
17. quinque. Decimum septimum Scisma anno Domini M. LVI. tempore Henrici tertii Nicolaus secundus habuit, qui fecit statutum Papæ fiendi & eligendi per Cardinales. Cujus Antipapa Benedictus tandem, se sentiens male intrasse, renunciavit Papatui, & humiliter se subdidit obedientiæ Papæ Nicolai. Et duravit duobus annis.

De eisdem Scismatibus.

CAPITULUM V.

18. **D**ECIMUM octavum Scisma anno Domini M. LXVI. tempore Henrici tertii habuit Alexander secundus, electus secundum ordinationem Nicolai. Cujus Antipapa fuit Cadulus
 Per-

¹ Permacensis, electus per clerum Lumbardiæ auxilio Imperatoris. Qui Antipapa cum suis fautoribus Romanis & Imperatore post annos xii. quibus duraverat Scisma, converfi sunt ad obedientiam Papæ. Decimum nonum Scisma 19. anno Domini M.LXXX. habuit Gregorius septimus. Cujus Antipapa fuit Wibertus Ravennensis episcopus, qui mala morte moritur; quod Scisma duravit, inter G. & Henricum quartum Imperatorem & Wibertum, octo annis, & circa alios Antipapas ² annis 25. De quibus vide supra libro v. C. 18. & 19. Vicefimum Scisma anno 20. Domini M.XCIV. habuit primo Gelafius, post & Calixtus secundus. Quorum Antipapa Burdardus Hispanus, Gregorius vocatus, Romæ intrusus de mandato Henrici quinti Imperatoris. Unde Papa, congregato exercitu, Antipapam Ferraris obfessit & captivavit, & ipsum super asinum, versa facie ad caudam, Romæ misit, & horrenda morte interiit. Duravit Scisma quatuor annis. Vicefimum primum anno Domini 21. M.C.XXX. tempore Lotharii Imperatoris, habuit Innocentius secundus. Ejus Antipapa fuit Petrus Leonis, per potentiam Romanorum intrusus. Et duravit octo annis hoc Scisma. per beatum Bernardum sopitum est. Vicefimum secundum anno Domini M.C.LIX. tempore Frederici primi, habuit Alexander tertius. Cujus Antipapæ fuerunt quatuor. Quos omnes defende-

1. Promacensis *MS. Harl.* 2. *Defunt* annis 25. in *MS. Harl.*

bat dictus Henricus Imperator. Qui omnes mala morte vitam finierunt. Duravit hoc Scisma annis 18. Vicefimum tertium Scisma anno Domini M.CCC.XXIV. habuit Johannes 22. Cujus Antipapa fuit quidam frater minor de Corbaria, dictus frater Petrus, qui per Pisanos præsentatus Papæ Avinione, in carcere moritur, errorem suum recognoscens. Vicefimum quartum Scisma anno Domini M.CCC.LXXVIII. vel quasi incepit, nullum habens Papam vel Antipapam certum ¹ vel determinatum, quod ad universalem ecclesiam, propter magnas obedientias, quas quælibet pars habuit, quia aliquando in ² duas, aliquando in tres, se gerentes pro Papis, ecclesia divisa fuit. Nam in urbe Romana fuerunt sex gerentes se pro Papis, scil. Urbanus sextus, Bonifacius nonus, Innocentius septimus, Alexander quintus, Johannes 23. & Gregorius duodecimus. Sed in Avinione fuerunt nisi tantum duo gerentes se pro Papis, scil. Clemens septimus & Benedictus decimus tertius. Quibus regna Aragoniæ, Navarriæ, Hispaniæ, Franciæ, Scotiæ, Castelli, Comitatus ³ Armoniæ, Fuxi, & aliorum quamplurimorum firmiter adhæserunt. Finitum est hoc Scisma per sacrosanctum Concilium Constantiense per ejectionem Balthazar de Coxa, qui & Johannes 23. & Petri de Luna, qui & Benedictus 13. apud suos nuncupantur,

1. Et determinatum, quo ad univ. *MS. Harl.* 2. Duos *MS. Harl.* 3. Aromaci *MS. Harl.*

& per renunciationem Angeli Corarii, qui Gregorius 12. gerentium se pro Papis. Iftud Scifma duravit per iftos octo contendentes ufque ad Martinum quintum, qui prius dicebatur Guido de Columna, quasi 80. annis. Hoc etenim Scifma fic oritur. Mortuo Gregorio XI. unico, Cardinales, qui tunc in Curia remanserant, 16. intrantes Conclave, processerunt ad electionem. Interea factus est in populo Romano tumultus magnus & furor horribilis, dicentes, "Volu-
 "mus Romanum aut Italicum." alias commi-
 nati sunt electores periri. Propter quod Cardi-
 nales ultramontani, ad vitandum mortis pe-
 riculum, pro impressione, nominaverunt Bar-
 tholomæum, Barensem archiepiscopum, quem
 Urbanum vocaverunt. Post hæc Cardinales
 12. ultramontani paulatim de Roma recesserunt,
 & in civitate Fundana elegerunt Rober-
 tum Gebenensem, vocantes eum Clementem.
 Cujus electionem notificaverunt regibus &c.
 afferentes, Urbanum non habere jus in Papatu,
 sed per metum & impressionem esse intrusum.

Adhuc de eisdem.

CAPITULUM VI.

HIC Martinus stetit Papa 13. annis, bene regens ecclesiam, & malefactores ac fica-

1. 15. *MS. Harl.* 2. Ac *MS. Harl.* 3. Evitandum *MS. Harl.*
 4. Propter impressionem, *MS. Harl.* 5. Deest &c. in *MS. Harl.*

rios circa Romam & itinera Romana sagaciter
 25. compescuit, & stetit primo Florentiæ per ali-
 quot annos, deinde Romæ pacifice. Viceſimum
 quintum Scisma nunc ſupereſt: anno ſcil. Do-
 mini M.CCCC.XLIII. Et incepit anno Domini
 M.CCCC.XXXVIII. inter Dominum Eugenium quar-
 tum, ſucceſſorem Domini Martini quinti, more
 ſuo depositum per Concilium Baſilienſe, & Fe-
 1 De Con-
 filio Baſi-
 lienſi.
 licem quintum electum per ipſum Concilium,
 ſicut poſtea in loco ſuo plenius edocebitur. Per
 quos in eccleſia Dei maxima ² ſcandala, & in
 diverſis regnis, maxime in Scotia, augeſcunt
 diffidia, dum alter ab altero diffidet, dum re-
 gnum & Sacerdotium diſſentit, dum alter al-
 terum excommunicat, alter alterius excommu-
 nicationem aut ex cauſa aut ex tempore præju-
 dicio contemnit. Dum alter in alterum excom-
 municandi auctoritate magis forte ex ſuo li-
 bito, quam ex juſtitiaſ respectu, potitur, aucto-
 ritas illius, qui dedit poteſtatem ligandi atque
 ſolvendi, omnino deſpicitur. Initium ſumpſit
 Scismatis, quod dictus Papa Eugenius, primo
 anno Pontificatus ſui, ſcil. anno Domini M.CCCC.
 xxxi. cum approbaſſet Concilium Baſilienſe,
 demum revocavit commiſſionem, factam Juli-
 ano Sancti Angeli Diacono Cardinali Legato,
 de præſidendo in Conſilio Baſilienſi, & quod
 diſſolveret Conſilium, & ³ ut indiceret aliud pro

1. Deest hæc nota marginalis in MS. Harl. 2. Scandala in omni-
 bus regnis, & maxime MS. Harl. 3. Quod ind. MS. Harl.

tempore Decennii fiendum Bononiæ; & hoc, ut prætendebat, pro reductione Græcorum, qui dicebant, se nolle, propter ¹ viarum distantiam, adire Basileam, & consequenter misit Bullam revocationis Consilii Basiliensis, in qua cautum fuit, quod aliud consilium in anno cum dimidio, à die datæ illius Bullæ computando, in Bononia fieri declaravit. Et ad hujusmodi dissolutionem fiendam scripsit Sigemundo, Romanorum, Ungariæ & Bohemiæ regi, exhortans eum ad incitandum per literas & oratores suos Johannem, Græcorum sive Romanorum Imperatorem, & Joseph Patriarcham ² Constantinopolitanam, ut, juxta eorum promissum, ³ transmitterent oratores suos cum plena potestate ad ipsum Concilium Bononiense. Cui rescripsit Sigismondus, dissuadens dissolutionem propter periculum hæreseos Pragensis sive Boëmorum, tunc virulenter vigentis, & ad Consilium Basiliense venire promittentis. In qua materia pro reductione ipsorum fortiter instabat Consilium Basiliense. Et ⁴ propter hæc scripsit Imperator Sigemondus Papæ bona avisamenta. Cui rescripsit Papa responsa super factis concilii ⁵ negantia. Concilium super hoc avisatum fecit hujusmodi declarationes, ex decretis Synodi Constanciensis, in secunda sessione Consilii Basiliensis. Et primo declaravit, quod ipsa Synodus, in Spiritu San-

1. Maris pro viarum in *MS. Harl.* 2. Sic. 3. Mitterent *MS. Harl.*
4. Propterea scripsit *MS. Harl.* 5. Negativa *MS. Harl.*

cto congregata, generale concilium faciens, & ecclesiam militantem repræsentans, potestatem à Christo immediate habet: cui quilibet, cujuscunque status vel dignitatis, etiam si Papalis, existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem Scismatis, & ad generalem reformationem ecclesiæ Dei in capite & in membris.

Item de eodem.

CAPITULUM VII.

ITEM declaravit, quod, quicumque cujuscunque dignitatis vel status, etiam si Papalis, existat, qui mandatis, statutis seu ordinationibus aut præceptis illius sacræ Synodi, & cujuscunque alterius Synodi generalis, legitime congregatæ, super præmissis, seu ad ea pertinentibus, factis, vel fiendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ poenitentiae subjici, & debite puniri teneretur. Et sic conclusit, quod nec per Papam, vel quemcunque alium, posset dissolvi, aut ad alium locum transferri, seu ad aliud tempus prorogari debuit, aut potuit, aut in futurum poterit, absque Synodi deliberatione & consensu. Post hujusmodi declarationes, adhuc instetit Imperator, ut Papa non dissolveret tam sanctum Concilium, ut dicebat. Et Papa sibi rescripsit, suggerendo de non dissolvendo, sed potius de continu-

tinuando five commutando ad Bononiam. Sed quia Papa, ut videbatur, fuit multum voluntarius in facto suo, consilium fecit tertiam sessionem, in qua decrevit, Papæ fore scribendum pro revocatione suæ, ut dicebat, prætenfæ dissolutionis concilii. Quod & factum est, præfigendo sibi terminum, ut hoc faceret intra trium mensium spatium, peremptorie citando tam Papam quam Cardinales, ut veniant ad concilium. Et quia non comparuerunt, in quarta sessione fecit consilium revocationes juramentorum, factorum Papæ per concilium, & de non creandis novis per Papam Cardinalibus. Dehinc accusabant Papæ contumaciam, scil. anno Domini M.CCCC.XXXII. Et post debitam, ut volunt, admonitionem, processum est ad suspensionem ejus. Adjectis debitis intervallis, mandatur omnibus Curtesanis, in curia Eugenii existentibus, sub pœna privationis, ut recedant de curia, propter quod Papa revocavit commutationem seu dissolutionem à Basilea ad Bononiam, revocationemque trium literarum, in palatio apostolico promulgatarum in derogationem Consilii Basiliensis, fecit, ipsasque annullans, cassas & irritas fuisse & esse declaravit, & unam denuo literam de nova adhæsione publicavit in 14. sessione, in præsentia Imperatoris, anno Domini M.CCCC.XXXIII. Post hæc delatus est Papa consilio super diversis, & citatus ad comparendum, ac de contumacia accusatus, & pro

pro contumace declaratus in sessione 28. anno Domini M.CCCC.XXXVII. In sessione 31. iterum suspenditur. Et in sessione 33. declaravit Concilium Basiliense dissolutionem ejus, & translationem in civitatem Ferrariensem minime valere, revocans hujusmodi dissolutionem & translationem &c. anno s. Domini M. CCCC. XXXVIII. Papa tamen eodem anno celebravit Concilium Ferrariense, ostensa litera inibi & sigillo Concilii Basiliensis de consensu ejusdem, ut apparuit. Quam quidem literam & sigillum dixit concilium fuisse surreptitium. Propter quod custodes sigilli Carceribus sunt puniti. Ubi decretum concilii lectum fuit per Dominum Antonium, episcopum Portugalem, sermone Latino, deinde per Dominum Dorotheum, archiepiscopum Mitilenensem, sermone Græco. Ibi, ex parte Orientalium, affuit personaliter Imperator Romanorum, cum disposito germano suo, procuratores etiam Patriarcharum Constantinopolitani, Alexandrini, Antiocheni & Hierosolimitani, 20. archiepiscopi, octo abbates, tres cruciferi, qui dicuntur Cardinales ecclesiæ Constantinopolis oratoresque principum, Imperatorum, Trapezundarum, & regis Hiberorum, duoque archiepiscopi Armeni. Fuerunt etiam Dominus Papa cum mitra gemmata, & decem Cardinales Latini, & tres Græci, & tres Patriarchæ, duo viz. Latini, & unus Armeniæ: 32. archi-

1. Et tres *MS. Harl.*

episcopi,

episcopi, 12. scil. Latini & 20. Græci, & ¹ 42. episcopi Latini: 39. abbates, viz. 31. Latini & octo Græci, & omnes mitrati. Summa Prælatorum mitratorum 147.

Ab isto Eugenio coronatur Sigimundus Romæ anno Domini M.CCCC.XXXII. Et anno sequenti Romani in eum conspiraverunt, & arctaverunt custodiæ, à qua, in habitu ² fratrum minorum, fugiens, vix cum paucis evasit, & galea ejectus Florentiam venit feliciter.

De duce Sabaudie electo in summum pontificem.

CAPITULUM VIII.

IN 35^{ta}. sessione Basiliensi, anno Domini M.CCCC.XXXIX. VII. Kal. Julii Consilium Basiliense sententiam depositionis in Eugenium Papam fulminavit, nominans eum Gabrielem, declarans ³ ac pronuncians, eundem esse & fuisse notorium & manifestum contumacem, mandatis seu præceptis ecclesiæ universalis inobedientem, & in aperta rebellione persistentem, violatorem assiduam atque contemptorem sacrorum Canonum Synodaliū, pacis & unitatis ecclesiæ perturbatorem notorium, universalis ecclesiæ scandalizatorem notorium, Simoniacum perjurum, incorrigibilem Scismaticum, à fide devium, pertinacem hæreticum, dilapida-

1. 62. MS. Harl. 2. Deest fratrum in MS. Harl. 3. Desunt ac pronuncians in MS. Harl.

Johannis de Fordun

torem jurium & bonorum ecclesiæ, inutilem & damnosum ad administrationem Romani Pontificii &c. Dehinc processit concilium, & elegit Amadeum, ducem Sabaudiaë, quem vocavit Felicem quintum. Et adhuc quasi sub judice lis est. Propter quod ecclesia Dei scandalis supponitur, & nimium à Laicis infamatur. Unde quidam,

Papa solet dici stupor orbis, causa timendi.

Sed quia mirifice duo sunt, magis ergo stupendi.

Binos Phænices non legimus orbe videri.

Summi Pontifices duo sunt nunc, scandala Cleri.

Post hæc, viz. anno Domini M.CCCC.XLVII. mortuo Papa Eugenio, in Papam eligitur episcopus Bononiensis, Thomas nomine, & vocatus est Nicholaus quintus.

De arrestatione Galteri Stewart, & Taxa.

CAPITULUM IX.

ANNO Domini M. CCC. XXIV. 13. die mensis Maii, in castro de Edinburghe arrestati sunt, de mandato regis, Walterus Stewart, primogenitus Domini Murdaci, ducis Albaniaë & comitis de Fyf, Malcolmus Flemyng de Cwinnernald, & Thomas Boyde de Kylmerno filius. Walterus apud insulam de le Bas deputatus est arctæ custodiæ: Malcolmus apud Dalketh ad tempus, dehinc castro Sancti Andreaë deputa-

1. Cummernalde *MS. Harl.*

tur: Boyd libertati donatur. Et incontinenti post eorum captionem, 21. die mensis Maii rex coronatus est, ut supra, apud Sconam. 1. Sexto die suæ coronationis tenuit Parliamentum suum apud Perth, ubi multa proposuit pro regni republica profutura. Sed &, quia, nuper de manibus Anglorum liberatus, modicum eidem de regalibus redditibus, terris aut possessionibus, præter custumas, wardas & relevias, ad statum suum sustinendum remanserat, de consensu statuum, pro financia suæ liberationis, ad taxandum regnum, 12. 2. scil. denarios de libra omnium bonorum, firmarum, terrarum & annuorum reddituum, ac etiam granorum & bestialium, tam spiritualium quam temporalium virorum, pro duobus continuis annis levare statuit de consensu statuum & mandavit. Auditores & receptores hujusmodi Finantiæ electi sunt & stabiliti, reverendus in Christo Pater Dominus Willelmus episcopus Dunblanensis, & Walterus abbas Sancti Columbæ in insula Emonia. Qui primo anno receperunt & deliberaverunt regi fere 14000. marcarum. Sed secundo anno incredibiliter minus receperunt. Unde plebei causabant, se per tales taxas depauperari, propter quod rex se ab hujusmodi impositionibus absti-
nuit usque annum Domini M.CCCC.XXXIII. Quo in anno, propter ardua contingentia & expensas faciendas penes ambassatam, mittendam

1. Et sexto *MS. Harl.* 2. *Deest* scil. in *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

regi Franciæ, pro matrimonio contrahendo cum filia sua primogenita & primogenito regis Franciæ Delphino, fecit impositionem duorum denariorum libræ universaliter per regnum fiendam. Qua per auditores, abbatem scil. Sancti Columbæ præmissum, & magistrum Johannem Scheves, Officialem Sancti Andreae, recepta, populus contra regem coepit murmurare, dicens, se per hujusmodi geldas in bonis quam multipliciter ¹ deteriorari. Quod audiens rex, confestim auditoribus jussit omnia recepta collectoribus reddi, & per eosdem unicuique, quod suum erat, redonari. Eodem anno, scil. Domini m. cccc. xxiv. arrestavit rex Duncanum comitem de Leuenax, & in castro de Edinburghe custodiae deputavit. Confimiliter Robertum de Graham, & ipsum apud castrum de Dunbar incarceravit. Eodem anno die combusta est villa regia de Lirlithgw, navis etiam ecclesiæ ejusdem, & palatium regis ² de nocte.

*De arrestatione & decollatione ducis Albanie
Murdaci Stewart.*

CAPITULUM X.

EODEM anno, 13. die Martii, tenuit rex apud Perth secundum suum Parliamentum, & in die nono ejusdem arrestari fecit Dominum Murdacum ducem Albanie comitem de

1. Depauperari MS. Harl. 2. Desum de nocte in MS. Harl.

Fyf & Menteth, & etiam Dominum Alexandrum Stewart, filium minorem ejusdem, (quem die suæ coronationis præcinxit in militem) cum viginti sex aliis, viz. Archibaldum tertium comitem de Dowglas, & Willelmum Dowglas comitem de Angus, Georgium de Dunbar comitem Marchiæ, Adam Hepburne de Hales, Thomam Hay de gester, Walterum & Walterum de Halyburton & Ogilbi, David Stewart de Rossith, Alexandrum Setone de Gordone, Willelmum Erskyne de Kynnowle, Alexandrum Lindesay comitem de Crawford, Patricium Ogybi de Ochterhows, Johannem Redstewart de Dundonald, David ¹ Murrane de Gaske, Johannem Stewart de Cardine, Willelmum Hay de Erol Constabularium Scotiæ, Johannem Scrimgeor Constabularium de Donde, Alexandrum Erwyne de Drwin, Herbertum Maxwel de ² Carlaverok, Herbertum Herice de Tereglez, Andream Gray de ³ Sowlis, Robertum Conygam de Kilmawis, Alexandrum Ramfey de ⁴ Dalwosi, Willelmum Creichton ejusdem. Quo etiam die arrestavit Dominum Johannem de monte Gomorrye ejusdem, & Alanum de Ottirburne secretarium ducis, & incontinente misit & accepit ⁵ castra de Fawkland, & Down in Menteth, de quo extrahi fecit Isabellam ducissam filiam dicti comitis de

1. Murras *MS. Harl.* 2. Carnelanerok *MS. Harl.* 3. Fowlis, Robertum Conynghamme *MS. Harl.* 4. Dalwisi *MS. Harl.* 5. Castrum *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

Levenax, & hos omnes deputavit custodiae castrum Sancti Andreae. Paulo post Domino Johanne de monte Gomorri & Alano de Ottirburne libertati donatis, translatus est dux ad castrum de ¹ Carlanerok, & ducissa ad Tementalone. Et anno sequenti, in festo viz. inventionis Sanctae Crucis, Jacobus Stewart, qui solus de filiis ducis inarrestatus manus regis evasit, vir ad temeritatem expeditus, burgum de Dunbertane, propterea manu armata custoditum, violenter combussit. Ubi Dominum Johannem Redstewart de Dundonald, alias de Burley, patrum regis, & secum 32. interfecit. Propter quod rex, nimium commotus, fecit utrobique dictum Jacobum, tanquam regis felonem, ² persequi fugientem. Tandem, necessitate compulsus, fugae consuluit, & ad Hiberniam pro praesidio, una cum Domino Fynlaio episcopo Lysmorensi five Ergadiensis, fratre ordinis praedicatorum, cum aliis suis complicibus evolavit, ubi paulo post mortuus est episcopus. Sed & dictus Jacobus postea ad Scotiam nequaquam est reversus. Quinto die post inventionem Crucis praesentati sunt regi quinque de sequacibus dicti Jacobi, & apud Strivelyne equis tracti & patibulis sunt suspensi. Eodem anno, 18. die mensis Maii, rex continuavit Parliamentum suum apud Strivelyne. In quo, 24. die mensis ejusdem, rege pro tribunali sedente, & insignia regalia deferente,

1. Carnelanerok *MS. Harl.* 2. Exequi *MS. Harl.*

accusatus est Walterus Stewart, heres Albaniam, & convictus & ante castrum decollatus. Similiter & in castrino pater ejus dux, & frater ejus Alexander, ac ejusdem avus comes de Levenax, condemnati sunt sententia capitali. Quorum vicissim una & eadem affisa fuerunt Walterus de Athole Patruus regis, Archibaldus tertius hoc nomine de Dowglas, Alexander Stewart de Mar, Willelmus Dowglas de Angus, Willelmus de Sancto Claro de Orkeney, Alexander Insularum de Rosse & Georgius de Dunbar Marchiam comites, Jacobus de Dowglas de Balvany & Robertus Stewart de Lorne Domini, Johannes de monte Gomorry ejusdem, Gilbertus de Hay de Erol Constabularius Scotiam, Thomas¹ Sumer-vile ejusdem, Herbertus² Herifs de Terreglez, Jacobus de Dowglas de Dalketh, Robertus³ Cunygam de Kylmauris, Alexander Levynston de Kalende, Thomas Hay de Lochorwart, Willelmus Borthwyke ejusdem, Patricius Ogilby vicecomes de Angus, Johannes Forster de Corstorphyn, Walterus Ogylbi de Lumtrechin⁴ milites. Uno etiam die equis tracti sunt & suspensi quinque de Satellitibus dicti Jacobi Stewart. Ubi tunc⁵ & rex recognovit regiam suam coronam le Torwode & novum parcum.

1. Somervale *MS. Harl.* 2. Heryis *MS. Harl.* 3. Conynghame *MS. Harl.* 4. Milites sunt. Quo etiam die *MS. Harl.* 5. Etiam *MS. Harl.*

De legatione hinc inde inter reges Franciæ & Scotiæ missa pro filia regis Scotiæ.

CAPITULUM XI.

IMMEDIATE post Parliamentum misit rex Dominos de monte Gomorry, de Eleostone, & Kylmawis, ac Umfredum de ¹ Cunighame, milites, ad oppugnandum municipium de Lowthlmond, ex parte dicti Domini Jacobi Stewart custoditum, quod redditum est eisdem nomine regis eodem anno octavo die mensis Junii. ² Anno præcedenti nata est Margarita, primogenita regis, Delphonissa postea Franciæ. Eodem anno in Francia bellum de Vernolze Perce, de quo supra libro xv. c. 35. Anno Domini m. cccc. xxv. post bellum de Vernolze, venit Dominus Johannes Stewart ³ de Dernle, Constabularius Scotorum in Francia, comes ⁴ Heboricarum & de Evereis, Dominus de Concurfal & Albanix, archiepiscopo Remensi concomitatus in spectabili comitiva, ad renovandum ligas, confœderationes & antiquas amicitias inter regna Franciæ & Scotorum, à tempore Caroli Magni continuatas. Ac etiam ad petendum dictam Dominam Margaritam, regis primogenitam, nobilissimo principi Ludovico, regis Fran-

1. Conyngham *MS. Harl.* 2. Anno enim præced. *MS. Harl.*
3. Dominus de Derneley *MS. Harl.* 4. Heiboricarum de Eberreife, Dominus de Concurfalden & Albanix, *MS. Harl.*

ciæ heredi ac Viennenfi duci, matrimonio copulandam. Quod ad maximum decus Scotiæ cedit, si circumstantia materiæ debite pensaretur. Tum primo, cum ad virum spectat petere mulierem, hic non qualiscunque vir, sed Christianissimi regis primogenitus, qui ad hoc, ut creditur & scriptum est, natus est, esse princeps fratrum, firmamentum gentis, & populi stabilitamentum: de quo dicta Domina, quasi infans & juvencula, admirando dicere potest, “Unde hoc mihi, ut veniat regnum Franciæ ad me?” Tum secundo, cum tam reverendus Paranympus, archipræful & dux Remensis, ducum protopar, & tam in spiritualibus quam in temporalibus primus & primas in universo sub¹ rege regno Franciæ, dignissimus tanti matrimonii intermedius & nuncius. Huic tam præclaræ ambassatæ rex placide annuens, misit² continuo ipsi regi Franciæ in solemni ambassata venerabiles viros Dominos Henricum Lychtone episcopum Aberdonensem, Eadwardum Lawedre archidiaconum Laudoniæ, & Patricium Ogilbi militem vicecomitem Angusiæ & justiciarium Scotiæ, cum certis instructione & commissione. Unde sic hinc inde³ actum est, quod post quinque annos, ⁴ quando uterque extitit nubilus, venerunt missi à rege Franciæ Le here Mayter Dotel regis, una cum famoso clerico magistro

1. Rege & regno *MS. Harl.* 2. Continue *MS. Harl.* 3. Factum *MS. Harl.* 4. Quandoque uterque *MS. Harl.*

Aymerico, & nomine procuratorio affidaverunt prædictam regis primogenitam. Quam paulo post, scil. anno Domini ¹ m. cccc. xxxv. misit rex pater ad Franciam venerabili turma constipatam, & in sequenti anno desponsatur.

*De desponsatione primozenitæ regis Scotiæ cum
Delphino Franciæ.*

CAPITULUM XII.

PRÆFUERUNT enim Classi Dominus Johannes Crennach Brechinensis episcopus, & Dominus Willelmus de Sancto Claro comes ² Archadiæ navigii Admirallus. Cum quibus erant valentes milites & armigeri insignes, viz. Domini Walterus Ogilbi regis thesaurarius, Herbertus de ³ Heriffis, Johannes Maxwell de Caldorwode, Johannes Cambel de Lowdone, Thomas ⁴ Colvile & Johannes Wyschard milites, magistri Johannes Stewart præpositus de ⁵ Methfen & Mauricius de Buchanane thesaurarius Dalphoniffæ clerici, Alexander de Seton, magister de Gordone, Dominus de Graham, Henricus Wardlaw de Torry, Willelmus Carleil, Andreas Gray de Fowlis, David Kenedi & David Ogilbi, cum quibus centum & quadraginta generosi domicelli & electi in decenti & ⁶ parili

1. m. cccc. xxxvi. *MS. Harl.* 2. Orchardæ *MS. Harl.* 3. Heris *MS. Harl.* 4. Colwele & Johannes Wischart *MS. Harl.* 5. Methvene *MS. Harl.* 6. Herili apparatus *MS. Harl.*

apparitura compta & vestiti erant, una cum milleno coetu armatorum in tribus notabilibus¹ ulhis & sex probatissimis bargiis. Quarum uni præfuit² Peris Percipey Gallus, quæ³ tam pernici gradu & quasi pennigero volatu currere videbatur, quod omnes & singulas naves, secum velificantes, infra dimidii diei cursum perdere putaretur. In qua locata fuerat Domina Delphonissa. Contra quam, & ob quam capeffendam, Anglici centum & octoginta naves mari commiserunt, & coram Rase de le Bretanne apud Sanctum Matthæum de Tradis adventum ejus expectaverunt, juxta quos⁴ subito appropriavit classis Flemingorum, deferens de Rochel vinum Flandriæ subvehendum. Quam sine reluctatione Anglici ceperunt. Sed inde parvum gaudium reportaverunt: quia in craftino inopinate classis Hispaniæ Flemingos, & eorum naves recuperantes Anglos inanes⁵ demiserunt. Interim & dum hæc agerentur, feliciter Dalphonissa evasit, & portum de Rochel applicuit, & apud Prioratum de Newle, distantem à Rochel per duas leucas, quasi impercepta quievit, quousque Domini episcopi Remensis, Pictavenfis &⁶ Xantenensis, valentes etiam Domini de⁷ Grawel, Galcorte & Pontifsey, ipsam recipientes, honorifice locaverunt in honesto loco

1. Ulhis *MS. Harl.* 2. Petrus *MS. Harl.* 3. Tamen *pro tam in MS. Harl.* 4. *Deest subito in MS. Harl.* 5. Dimiserunt *MS. Harl.* 6. Zanctonenfis *MS. Harl.* 7. Gravel *MS. Harl.*

per duos menses & ultra, quoadusque apud Towres in Turane matrimonium celebraretur. Quod ibi factum est cum maximo honore per ministerium Remensis archiepiscopi, in præsentia regis & reginæ, necnon & reginæ Cecilie matris reginæ Franciæ. Nuptiis sic rite celebratis, Scoti, variis muneribus contentati, exceptis paucis cum Dalphonissa remanentibus, prospere ad propria pervenerunt. Pro costagiis hujus Dominae fiendis ad transitum Franciæ voluit rex taxationes imponere regno. Sed curialiter petiit & singillatim à majoribus uniuscujusque status & ecclesiasticis beneficiatis. Qui hilariter, juxta suas facultates, absque quacunque exactione contribuebant & gratanter.

Quod Taxæ de facili non sunt levandæ.

CAPITULUM XIII.

QUANTUMAM rex deditus fuit rerum acquisitioni, tamen, conscientia stimulatus, peroptime novit injustas exactiones & violentas extorsiones, quæ in talliis dominorum circa subditos fieri solent, multum Deo displicere. Gladius enim datur principi cum iaungitur, & militi cum accingitur, ad defensionem ecclesiæ & membrorum ejus, non ad spoliationem. Propter quod ait apostolus, *Non sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex*

1. Solet MSS.

in iram ei qui male agit. Unde cupidi principes fiunt matricidæ, qui gladium suum vibrant in ecclesiam & pauperes. Sed omnes qui sic gladium accipiunt, gladio peribunt. Hoc est, quod, nullo iubente vel consentiente, in sanguinem armantur innocentem, ut scribit Augustinus contra Manichæos. De quæstis autem, & talliis, & similibus exactionibus intellige sane, quod non debet rex sive Dominus quicumque à subditis petere, nisi ea, quæ antecessores eorum bona fide, sine dolo & coactione, perceperunt: non secundum malam consuetudinem, sed conventionem illam laudabilem, quæ inter primos Dominos & eorum servos posita est, cum instrumentis & testibus, quæ annum censum, & alias servitutes, & pactiones legitime continent. Et juxta hunc modum omnia, quæ rite à principio sunt posita, dummodo non sint contra Deum, nec sint turpia lucra, Dominis sunt reddenda: quia quilibet, in traditione suæ rei, legem quam vult potest ponere. In quo casu legem scienti & volenti non infertur dolus. Item possunt principes & Domini collectas aliquas petere, inspectis tamen sua necessitate, communi utilitate & subditorum facultate, dummodo sine exactione leventur. Sunt tamen casus, in quibus potest princeps vel Dominus supra censum vel servitium debitum petere & percipere collectam, viz. pro defensione patriæ, maxime civitatis suæ, castri vel villæ. Ad hoc enim

Johannis de Fordun

enim tenentur omnes, non solum res suas ¹ partiri, sed etiam corporaliter laborare, ut in vigilando &c. Item si Dominus vult ire in exercitum, indictum ab ecclesia vel principe contra hæreticos vel paganos, nec de suo, sine ² gravi damno, haberet, sed ³ defideret sibi in expensis, potest moderatum auxilium petere à subditis. Item si in guerra justa, vel bello justo, ex parte sua fit captus, ⁴ & non sufficiat ad redimendum se sine gravi damno, tenentur ei subditi competens auxilium ferre. Item, si Dominus vellet adire ⁵ principem, pro aliquo privilegio, sibi & subditis utili & honesto, nec sibi sufficeret in expensis sine gravi damno, & in aliis casibus similiter emergentibus sine gravamine subditorum ex caritate & non ex violentia potest petere. Addunt etiam quidam, si cum igne, vel furibus, vel rationabili liberalitate ad paupertatem fuerit deventus. Et semper rationabilem causam intellige, in qua valent auxilium postulare. Unde semper quæcunque mala fide recipit, restituere debet: utpote, quæ ad equos superfluos, curiosam maneriarum structuram, robas nimis sumptuosas, ⁶ tesseræ & talos, vel convivia luxuriosa, & hujusmodi, sine ratione rapiunt, restituere tenentur. Unde notandum est, quod miles in scaccario duo puncta

1. Partire *MS. Harl.* 2. Grandi *MS. Harl.* 3. Deficeret *MS. Harl.* 4. Nonque sufficeret *MS. Harl.* 5. Principem vel superiorem, pro *MS. Harl.* 6. Tessares *MS. Harl.* L. tesseras.

transit

transit directe, & tertium ex transverso; sic milites in dominio suo, in duobus casibus juste accipiunt à subdito, scil. debitum censum & transgressionis rationabilem emendam. Quod vero ultra recipiunt, nisi in notatis casibus, rapina est. Ideo docuit Baptista, ut milites essent contenti stipendiis suis, dicens, *Neminem concutiatis neque¹ calumniatis, sed contenti estote stipendiis vestris.* In hac auctoritate prohibentur eis primo duo peccata, per quæ solent potentes² à pauperibus pecuniam extorquere, scil. comminatio & calumnia. Primum ubi dicitur, *Neminem concutiatis.* Secundum, *Neque³ calumniatis.* Deinde ostendit eis, quod stipendiis suis, id est, patrimoniis⁴ vel militum feodis, debent esse contenti. Unde, si ultra⁵ ista accipiunt, proditores sunt. Spoliant enim Dei filios, eorum bonæ fidei commendatos, nisi hoc faciant in præmissis casibus, quibus hoc⁶ licet. Alias conqueritur Dominus de hujusmodi dicens, *Populum meum exactores sui spoliaverunt.*

Quod non de facili statuta sunt facienda, & de regali festo Natalis.

CAPITULUM XIV.

ANNO Domini M. cccc. xxv. undecimo die Octobris, tam validus ventus subito est

1. Sic. 2. A potentibus pecunias extorq. MS. Harl. 3. Calumpniatis &c. Deinde MS. Harl. 4. Et MS. Harl. 5. Illud MS. Harl. 6. Liceat. Alias conqueretur MS. Harl.

Johannis de Fordun

exortus, ut à magnis retroactis temporibus non recolunt homines confimilem audivisse. Cujus violentia naves & batellæ undique quassatæ perierunt. Similiter & coram Leith navis immanissima Lumbardorum, quæ *Le trake* vocatur, fracta est, ipsa eadem hora mutationis novæ lunæ. Unde tota illa luna, five mensis, erat valde periculosa & ventosa, nunc ventus, nunc pluvia, nunc subito aura levis & subito in ventum agitata. Eodem anno Dominus rex ¹ natalem suum in castro Sancti Andreae tenuit festivius, ipsum usque festum Epiphaniæ continuando inclusive. Cui interfuerunt omnes regni principes & magnates, comites viz. de Douglas, Mar, ² Murrave & de Angus. Ibi etiam fuerunt Ambassatores Flandriæ, Johannes viz. de Menteney & magister Bowdyng clericus, pro reductione Merchandiæ, quæ, mandato regis, paulo ante secessit in ³ Hollandia ad portum de Midilburgh, quod factum fuit propter intollerabilem despectum irrogatum mercatoribus Scotis ante reditum regis de Anglia, & propter literas Markiæ quam plurimum ipsis Mercatoribus derogantes. Unde propter reductionem Merchandiæ ad Flandriam satisfactum fuit regi, &, ut ipsi Mercatores privilegiis amplioribus potirentur, in sequenti Quadragesima tenuit rex Parliamentum suum apud Perth,

¹. Natale *MS. Harl.* ². Murref & Angus *MS. Harl.* ³. Zelandia *MS. Harl.*

quod,

quod, propter superveniens festum Paschæ, prorogavit & continuavit ad Edenburghe, incipiendo ibi 12. die Maii, in quo fecit varia & diversa statuta ¹ quædam regno, si servarentur, satis profutura. Sed quia scriptum est in canone, "Parum est jura condere, nisi essent qui ea executioni demandarent:" nunc, quod dolenter refero, nec est qui fervet vetera, cum nova ignorentur. Quanquam, ut dicit Aristoteles, Leges antiquæ debent esse magnæ stabilitatis & reverentiæ, & non de facili novas superaddere. Unde dicit, quod faciliter condere novas leges, & faciliter mutare antiquas, est mirabiliter civilitati nocivum. Quia hoc nil aliud est, nisi assuefacere ad solvendum leges, & ad parvipendendum obligationem legis. Et ideo melius est finire quosdam modicos & leves errores, quam solvere leges antiquas. Quia qui frequenter leges mutant, plus nocent quam proficiunt; quia assuefaciunt cives ad non ² observanda statuta principum & præcepta. Unde tenet Aristoteles, quod qui faciliter legem mutant, legis virtutem debilitant. Sed si essent aliquæ leges antiquæ, quæ manifestam continent perniciem civilitatis, de maturo consilio abrogari deberent. Et ideo signanter dicit Valerius de institutis Marfilienfium, quod in eorum civitate à condita urbe servatus est

1. Quæ regno, si servarentur, profutura *MS. Harl.* 2. Observandum *MS. Harl.*

quidam gladius usque nunc, quo noxii jugulantur, rubigine quidem peresus, & vix sufficiens ministerio. Sed judex maturus in minimis rebus omnia antiqua consuetudinis monita servanda censeret. In horum figuram lex Mosaica in lapidibus scripta erat. Leges etiam Romanorum in duodecim tabulis eburneis scribebantur in stabilitatis signum, & indelebilitatis futurum memoriale sempiternum.

De Parlamento apud Innerness & arrestatione Caternanorum.

CAPITULUM XV.

UNUM certe, inter cetera, statuit rex regno & reipub. statutum utilissimum. Hoc est, quod ars arcitenentium quasi ab omnibus, saltem diebus festis, sub certis poenis pecuniariis, prævisis & erectis in singulis villis, præcipue ad ecclesias parochiales, metis ad sagittandum exerceretur. Post cujus propterea mortem lugubrem omnes quasi indifferenter arcus & arcilia rejecerunt, & cum lanceis equitare se dederunt. Ita quod nunc in curia magnatis, ubi sunt centum homines, octoginta lanceas & vix sex reperies arcitenentes. Propter quod nunc de Scotis Angli veraciter dicere queunt, *Arcus fortium fractus est: & nos versa vice de illis, Et infirmi accincti sunt robore.*

1. Superatus est MS. Harl.

Lege igitur, si libet, veteres cronicas, & reperies, Anglos sæpius vicisse Scotos virtute sui arcus. Anno Domini M.CCCC.XXVI. monomachia sive duellum inter generosum armigerum Henricum ¹ Knokkis defenforem, & quendam ² plebeum scifforem. Hic sciffor deponens querelam apud regem, quod de eo oblocutus fuerat: qui propterea conventus, & delata super eo negans, sciffor eum de proditione appellans, apud Edinburghe sub castro in præsentia ³ De duello inter Knok & Scifforem. regis dimicatum est ad tempus: sed jussu regis ⁴ seperantur. Anno sequenti fecit rex reparari turrem de Innernes; ubi anno sequenti, scil. Domini M.CCCC.XXVIII. tenuit suum Parliamentum. In quo arrestari fecit Alexandrum de Insulis, & matrem suam comitissam de Rosse, filiam & heredem Domini Walteri Lessi, & omnes notabiliores quasi de borea. Quorum unumquemque sagaciter & singillatim invitavit ad turrim, & ⁵ seorsum in arcta poni fecit custodia. Interim dum ista sic se haberent, rex metrificavit dicens suis astantibus,

*Ad turrim fortem ducamus caute cohortem;
Per Christi sortem meruerunt hi quia mortem.*

⁶ Ibi arrestaverunt Angus Duff, cum quatuor filiis suis, ducem quatuor milium de Strathna-

1. Knoxis corrigitur ab alia manu in MS. Harl. 2. Sic. 3. Deest hæc nota marginalis in MS. Harl. 4. Sic. 5. Ibidem pro seorsum in MS. Harl. 6. Ubi arrestavit MS. Harl.

verne, Kenethum More, cum genero suo, ducem duorum milium, Johannem¹ Rosse, Willelmum Lesly, Angulium de Moravia, & Mak Makan, duces duorum milium, necnon alios exleges Caternanos & magnos pro modulo suo Capitaneos ad numerum circiter² quadraginta, ubi convicti & adjudicati morti sunt. Alexander³ Makreweri de Garmorane dux mille hominum, & Johannes Makarthur princeps magnus apud suos & dux mille hominum, hi duo decapitati sunt: ubi etiam suspensus fuit Jacobus Cambel, accusatus & convictus de occisione Johannis de Infulis. Reliqui vero missi sunt sparsim ad diversa dominorum castra per regnum, ubi post tempora diversi diversis mortibus adjudicati: alii libertati donantur. De hac re accusatus est quoque magister requisitarum, qui quinque dapes ad sustentationem suam à dicto

1428. rege paulo ante ceperat.

De conflictu & fuga de Badzenach, & nativitate Jacobi secundi regis nostri.

CAPITULUM XVI.

QUANQUAM igitur instructus⁴ fuit Dominus rex, præmissum Dominum de Infulis secutum fuisse consilia dum compos fuerat

1. Rosse ducem duorum milium, *MS. Harl.* 2. Quinquaginta *MS. Harl.* 3. Makrewry Garmoranensis dux *MS. Harl.* 4. Fuerat dictus dominus rex, *MS. Harl.*

fui minus convenientia, ¹ monuit eum sæpius & falubriter mores suos in melius mutare, & amodo gestus lasciviores declinare, & ² sic se in posterum erga regem & suos liegios exhibere, ut perinde mereretur amplio rem ejus favorem assequi, & de speciali retinentia computari. Quem, se bene facturum promittentem, rex libertati donavit, attendens ad illud Valerii de memorabilibus dictis dicentis: “Si egregium
“ est hostem dejicere, non minus tamen lauda-
“ bile infelicis scire misereri: quia sicut infini-
“ tam gloriam bellica virtus, ita præcipuum a-
“ morem clementia meretur.” Ad propria igitur dictus Dominus de Insulis reversus, inferiorum consilia secutus, villam regiam de Innernes contemptibiliter combussit. Propter quod rex nimium offensus, congregavit exercitum anno Domini M.CCCC.XXIX. & in quodam marisco de Lochabir fugavit dictum Alexandrum, habentem secum de Rossensibus & insulanicis ultra decem milia virorum, in vigilia nativitatis beati Johannis Baptistæ, ubi viso regis vexillo displicato recesserunt ab eo duo tribus, scil. de Clankatan & Clancameron, & regis imperio se subdiderunt. Et in festo Palmarum sequenti tribus de Clancatan occidit in quadam ecclesia quasi totam progeniem de Clankameron ad numerum Cernens igitur isdem Alexander, se non

1. Monuit tamen eum *MS. Harl.* 2. Sic in posterum apud regem *MS. Harl.*

posse refugium, rege offenso, infra regnum invenire, misit sibi legationem tractans de pace. Sed rex nullo modo tractatum admittens, posuit se absolute Alexander in misericordia regis, & pridie ante festum Sancti Augustini doctoris, coram magno altare Sanctæ Crucis de Edinburghe, in camisia & femoralibus tantum indutus, flexis genibus, regina cum Dominis majoribus regni intercedentibus, optulit & reddidit regi nudum gladium. Qui eum gratiæ admittens, misit eum castro de Temptalone sub regimine nepotis sui Domini Willelmi comitis de Angus, donec ulterius avisaretur quid de eo faceret. Matrem ejus, comitissam de Rosse, commisit custodiæ apud Insulam Emoniam Sancti Columbæ, ¹ in qua stetit per annum & duos menses. Anno Domini m.cccc.xxx. nati sunt gemelli fratres, filii regis, apud monasterium Sanctæ Crucis de Edinburghe, 16. die mensis Octobris, id est, in festo Sancti Michaëlis de monte tumba. Quorum prior natus vocatus est Alexander, qui moritur infans: secundus vocatus est Jacobus, nunc, laus Deo, superstes & rex annorum 14. Hos duos fratres in baptisate rex milites fecit; una cum filio cujusdam nobilis Romani Principis Domini de Portariis, tunc ibi præsentis, necnon filios & heredes diverforum magnatum, viz. Willelmum Dowglas primogenitum & heredem Domini Archibaldi

1. Ubi stetit *MS. Harl.*

tertiū hoc nomine comitis de Dowglas. Qui quidem Willelmus post mortem patris fuit comes ejusdem. Qui Archibaldus stetit comes novem annis. Ad cujus comitatum successit Dominus Jacobus de Dowglas, filius Domini Archibaldi primi hujus nominis comitis. Fecit etiam rex militem eo die Willelmum, filium dicti Domini Jacobi, heredem suum, nunc comitem ejusdem, una cum Johanne filio & herede Symonis Logan de Lestalryk, Jacobum de² Admunston ejusdem; primogenitum etiam Domini Willelmi de Criechtone Cancellarii, necnon filium & heredem Domini de Borthwyk, ætate tunc teneros, & nostri regis³ tunc superstitis commilitones. Eodem anno rex de Flandria adduci fecit immanem fundam bombardicam, æris metallo⁴ fabricatam: in cujus circumferentia grossioribus grammatibus sic erat scriptum,

*Illustri Jacobo Scotorum Principi digno,
Regi magnifico dum fulmino, castra reduco.
Factus sum sub eo, nuncupor ergo leo.*

Eodem anno incepit pestilentia volatilis in Edinburghe mense Februarii. Anno Domini M.CCCC.XXXI. Indictione nona, die veneris, ⁵ septima Septembris, anno primo Domini Eugenii Papæ quarti, inchoatum est Consilium Ba-

1. Cujus comitatum suscepit Dominus *MS. Harl.* 2. Edmunstone *MS. Harl.* 3. Nunc *MS. Harl.* 4. Fabrifactam *MS. Harl.* 5. Mense *pro septima in MS. Harl.*

Johannis de Fordun

filiense. Eodem anno, ob certas causas, Dominus rex ¹ arrestari fecit Archibaldum tertium hoc nomine comitem de Dowglas, & Dominum Johannem Kennedy militem ² nepotem regis. Comitem misit custodiae castri de Lochlevin, & nepotem suum servavit in castro de Stryveling, ubi sic arcte custodiebantur usque sequens festum Sancti Michaëlis. Qui rex tunc ad Parliamentum suum tentum apud Perth, ad instantiam reginæ, episcoporum & prælatorum, comitum & baronum, remisit omnem offensam ³ utrique comiti, Dowglas viz. & Rossensi, episcopo ipso Kennedy adhuc custodia conservato.

De conflictu mirabili Catervanorum, & de occisione comitis + Catanesiæ.

CAPITULUM XVII.

PAULO ante quidam Infulanus, Donenaldus Balcth nomine, filius patru dicti Alexandri de Infulis quasi de latibulis caput erexit, &, cum aliis suis sequacibus infulanis, terram de Galeis apud Lochabir petit, ubi ante se invenit Dominos Alexandrum & Alanum Stewart comites de Mar & Catenes cum valenti exercitu: quos inconsternate, cum minore tamen potentia, aggrediens, dictum Dominum Ala-

1. Arrestare *MS. Harl.* 2. Nepotes reges *MS. Harl.* 3. Utrique, comiti viz. de Dowglas & Rossensi, ipso Kennedy ad huc custodia conservato *MS. Harl.* 4. Atholix pro Catanesiæ in *MS. Harl.*

num, filium Domini Walteri comitis Atholiæ, cum sedecim armigeris de domestica familia ejus, cum multis aliis, apud Innerlochi interfecit, & comitem de Mar cum aliis hinc inde fugavit, & statim ad Hiberniam præsidio se dedit. Eodem mense conflictum est acriter inter Angusium Duff & Angusium de ¹ Murrawe, qui paulo ante carceres regis evaserunt libertati ² donatis. Cum utrolibet summabantur de Caternanis mille & bis ducenti, & hi omnes uno die mutuo se mactabant. de ³ tanto numero vix vivi novem personæ evaserant. De quo non modicum multis est mirandum, quod ita animosi sese impeterent, quod nullus ad salvandam suam vitam fugæ beneficio se muniret. Quod fit ideo, quia nostri Scoti transmontani, in confinio sive marchia mundi constituti, parum sentiunt de torrida æstate sive solis æstu, quo sanguis amicus naturæ ficcatur: & ideo inter ceteras nationes mundi audaciores naturaliter sunt reperti. Ad propositum bene facit, quod scribit Vegetius de re militari libro primo cap. 3^o. dicens: “Constat, in omnibus locis & igna-
“vos & strenuos nasci: tamen gens gentem
“præcedit in bello, & plaga cœli ad robur non
“tantum corporum, sed etiam animorum plu-
“rimum confert. viz. omnes nationes, quæ vi-
“cinæ sunt soli, nimio calore ficcatæ, amplius

1. Murrif *MS. Harl.* 2. *Sic MSS. F. donati.* 3. Tanta multitudine *MS. Harl.*

“quidem sapere, sed minus habere sanguinis,
 “dicunt: ac propterea constantiam & fiduciam
 “¹ eo minus habere pugnandi, quia metuunt
 “vulnera, qui exiguum sanguinem se habere
 “noverunt. Econtra, septentrionales populi,
 “remoti à solis ardoribus, inconsultiores qui-
 “dem, sed tamen largo sanguine redundantes,
 “sunt ad bella promptissimi. Tyrones ² & bel-
 “latores igitur de temperatioribus eligendi sunt
 “plagis, quibus & copia sanguinis suppetat ad
 “vulnerum mortisque contemptum, & non pos-
 “sit deesse prudentia, quæ & modestiam servat
 “in castris, & non parum prodest in dimica-
 “tione consilium.” Hæc ille. Eodem anno hi-
 ems erat asperima, gelida & procellosa, adeo
 ut bestię & pecudes, tam domesticæ quam sil-
 vestres, pro majori parte extinctæ sunt. Eodem
 anno obiit Papa Martinus quintus; & 5^o. Idus
 Martii mitratus est Papa Eugenius quartus. Eo-
 dem etiam anno abbas de Jona insula, id est,
 Icolmkil, apud Tulilum in Synodo fecit obe-
 dientiam manualemente Domino Roberto de ³ Car-
 deney, episcopo Dunkeldensi, tanquam Diocce-
 sano ordinario.

1. Quo minus non habere *MS. Harl.* 2. Id est pro & in *MS.*
Harl. 3. Cardyne *MS. Harl.*

*De fundatione Cartusienſium apud Perth in
valle virtuoſa.*

CAPITULUM XVIII.

SECUNDO anno ante hoc rex fundavit apud Perth nobile monaſterium ordinis Cartuſii, unde quidam :

*Annus millenus vicens ſicque novenus
Quadringentenus Scotis fert munera plenus.
Semina florum, germina morum, miſtica ⁊ mella.
Cum tibi, Scotia, ſit Cartueſia ſponſa novella.*

In hoc monaſterio præfuit primo venerabilis pater Oſwaldus, Prior² Alemanniæ, vir magnæ³ ſcientiæ & ſanctitatis vitæ præclarus; cui ſucceſſit Dominus Adam de Hangaldſid Scotus, qui in partibus tranſmarinis per magna tempora religioſiſſime in ordine ſtetit, ſed, ad inſtantiam regis, magnus Prior Cartuſiæ eum licentia- vit, ſicut & prædeceſſorem ſuum, ad introdu- cendum formam in⁴ religione Scotiæ. Sunt, ſicut audivi, nonnulli, qui derogant iſti ſancti- ſimo ordini, ⁵ quia, ut allegant, non audive- runt de miraculis eorum de ordine, ⁶ ſicut de aliis ſanctis aliorum ordinum. Nec mirum : quia, in quantum poſſunt, huiusmodi celant, ſoli

1. Melle *MS. Harl.* 2. Alemannus *MS. Harl.* 3. Scientiæ, & probitatis, & ſanctitate *MS. Harl.* 4. Religionem *MS. Harl.* 5. Qui *MS. Harl.* 6. Sicut & de *MS. Harl.*

Deo placere desiderantes; & ideo dubitare de
 1 sanctitate vel puritate ordinis, non solum est
 sacrilegium, sed blasphemum. Quia si istud est
 dubitare, est etiam dubitandum, an beatus Jo-
 hannes Baptista, qui hanc vitam elegit ac duxit,
 sit sanctus; & idem Jesus, qui, ante omnem
 prædicationem, eremum ingrediens, immediate
 post baptismum hanc vitam 2 suo exemplo in
 multis jejuniis, vigiliis & tentationibus conse-
 cravit. 3 Idem de Helia, & Heliseo, 4 & innu-
 meris sanctis patribus. Unde sciendum est,
 quod miracula communiter fiunt ad probandum
 sanctitatem illius, qui ea 5 facit, quando aliquid
 dubium potest insurgere circa sanctitatem ejus;
 vel fiunt ad alicujus vel nonnullorum infidelita-
 tem convincendum vel confutandum, dicente
 Isidoro de summo bono, libro primo: "Mira-
 cula in signum 6 sunt non fidelibus, sed infi-
 delibus: quia signum fidelibus non est neces-
 sarium, qui jam crediderunt, sed infidelibus,
 ut convertantur." Hæc ille. Ubi autem per
 Scripturam sanctam vel evidentiam constat de
 sanctitate talis personæ, raro fiunt miracula.
 Nam non legimus, Johannem Baptistam in vita
 sua aliquod fecisse miraculum: cum tamen in-

1. Sanctitate, est etiam dubitandum, an b. J. Baptista, qui hanc
 ordinem elegit & duxit, sit sanctus. & sic non solum est sacrile-
 gum, sed blasphemum; & idem Dominus Ihesus, qui ante *MS.*
Harl. 2. *Deest* suo in *MS. Harl.* 3. Item *MS. Harl.* 4. Et de
 inn. *MS. Harl.* 5. Fecit, quando aliquod *MS. Harl.* 6. Non sunt
 fidelibus *MS. Harl.*

ter natos mulierum major eo non surrexit. Et ideo, cum quærerent Pharifæi à Johanne Baptista, de ejus sanctitate admirantes, quis effet, non produxit miraculum sed Scripturam, dicens: *Ego vox clamantis in deserto.* Secundo austeritatem vitæ suæ, cum abrenunciatione temporalium omnium, & perseverantia usque in finem, quod est impugnabile genus probationis sanctitatis, ut in Scripturis sacris valde habetur. Quia hoc est tollere crucem, & sequi Christum. Et istud non est nisi justorum & sanctorum, ut in Psalmo: *Aperite mihi portas justitiæ, & sanctitatis, & virtutum, ingressus in eas confitebor Domino: scil. laudabo eum perseveranter.* Sequitur, *hæc porta Domini, justii intrabunt in eam.* Quia talis vita cum perseverantia, duntaxat est electorum Dei. Quia Coelum & cella vicina sunt. Unde quidam,

Cella Dei sedes, in qua ¹ sibi se bene te des.

Hinc cum decedes victor cum laude recedes.

Quia de cella nunquam, vel raro, fit transitus, nisi ad Coelum. Nam cella diutius retinere non potest, nisi illos, qui sunt de electis Dei, dicente Bernardo, "A cella enim in Coelum frequenter ascenditur: vix ² autem unquam à cella in infernum descenditur, nisi, sicut dicit Psalmista, ³ *Descendent in infernum viventes, ne descendant morientes.* Hoc enim modo cellarum

1. *Deest sibi in MS. Harl.* 2. Aut nunquam à cella in infernum MS. Harl. 3. Descendunt MS. Harl.

“incolæ illuc sæpe descendunt. Nam, sicut
 “affidue contemplando cœlestia gaudia revi-
 “sere amant, ut hæc ardentius appetant; sic
 “& inferni dolores, ut horreant & refugiant.
 “Et hoc est quod inimicis suis¹ imprecantur
 “orantes, ut descendant in infernum viventes.
 “Moriens autem vix aut nunquam aliquis in
 “infernum à cella descendit: quia vix unquam
 “aliquis, nisi cœlo prædestinatus, usque ad mor-
 “tem in ea persistit.” Hæc Bernardus ad fra-
 tres de monte. Ad hoc operatur quod dicitur,

Cella tenor legis, cœlestis regia regis.

Hic in mente legis, qualiter acta regis.

Si² quæras tu vis cœlos, est cella suavis.

Quærere si tua vis, est tibi cella gravis.

Cellula cœlorum via pervia, duxque piorum.

Ad loca sanctorum rapitur pia turba tuorum.

Mente tibi munda glutinatus, morte secunda

Non condemnatur, sed sursum glorificatur.

*De commendatione ordinis Cartusienfis, & aliis
 incidentibus.*

CAPITULUM XIX.

PROBATIO igitur sanctitatis Cartusienfium
 per miraculum est valde deficiens. Quia
 etiam per malos fiunt miracula, Christo atte-
 stante qui ait, *Nonne in nomine tuo prophetavi-*

1. Orantes precantur, ut *MS. Harl.* 2. Quærat tua vis *MS. Harl.*

*mus? nonne dæmonia*¹ *ejecimus?* *Quibus dicitur,*
Amen dico vobis nescio vos. Causam, quare non
omnibus Sanctis miraculorum virtus attribui-
tur, assignat Augustinus, dicens, “Ideo non
“omnibus Sanctis ista miracula attribuuntur,
“ne perniciosissimo errore decipiantur infirmi,
“æstimantes in talibus factis esse majora dona,
“quam in operibus justitiæ, quibus vita æterna
“comparatur.” Concludendo igitur, quis sanæ
mentis posset dubitare de sanctitate ordinis
Cartusii? qui relinquentes voluntarie mundum,
patrem, matrem, agros² etiam, abrenunciantes
omnibus pompis,³ divitiis & mundanæ gloriæ,
includunt se infra mansiunculam unam, in fame
& siti & continua continentia laudantes Deum:
sustinentes humili corde temptationes, prout
creatori placet eos visitare. Et sic finientes dies
suos, desiperet qui aliter saperet, cum repugna-
ret verbis Spiritus Sancti, dicentis de talibus
per Psalmistam, *Quam magna multitudo dulcedinis*
tue doctrinæ, quam abscondisti timentibus te? Et si
vis scire qui sunt, sequitur, *Abscondes eos in abs-*
condito faciei tuæ à conturbatione hominum. Multi
legimus fuerunt, qui de miraculis Cartusiensium
quæsierunt; qualis inter alios fuit ille Petrus
Abbas antiquus Cluniacensis, qui fuit avidus in-
dagator miraculorum, præcipue religiosorum,
componens volumen satis authenticum de hu-

1. Dejecimus *MS. Harl.* 2. Etc. pro etiam in *MS. Harl.* 3. Om-
nibus divitiis *MS. Harl.*

jufmodi, quod, quando venit ad miracula or-
 dinis Carthufienfis, fic, inter cetera, fcribit :
 “ In illo facro ordine multa miracula facta ¹ funt;
 “ fed pauca, quæ hîc pono, ab iifdem vix etiam
 “ potui cum magno labore extorquere. ² Quia
 “ tanquam humiles nolentes in talibus gloriari
 “ abfcondunt illa, celant & excufant. Hujus ni-
 “ hilominus ordinis legimus præclariffimos vitæ
 “ fanctos miraculis infignibus corrufcantes, viz.
 “ Hugonem epifcopum Lincolnienfem in Sabau-
 “ dia oriundum, Anfelnum epifcopum Bellicen-
 “ fem, Stephanum Dienfem, & duos Hugones
 “ Bellicenfes epifcopos. Et fi ifti Sancti fece-
 “ runt, quia ³ & fecerunt miracula perftupenda,
 “ ficut patere poterit eorum hiftorias intuenti ;
 “ majus tamen miraculum eft, hominem mor-
 “ tuum & foetentem peccatis, non folum ⁴ qua-
 “ terduanum, fed ⁵ & decem, viginti vel 30. an-
 “ nos in eis putrefcentem, fufcitare ad vitam
 “ fpiritualem per bona exempla, bonam doctri-
 “ nam, ⁶ per orationes & fimiles actus fpiritu-
 “ ales, ficut fubito videmus homines vanos ad
 “ hujufmodi ordines convolare. Nonne igitur
 “ tibi videtur fupra omnia miracula corporalia,
 “ quod ille, qui heri ardebat in divitiis & ava-
 “ ritiiis, nec fufficiebant fibi modi vel artes ad
 “ congregandum per fas ⁷ vel nefas, quod hodie,

1. Sunt *omittit MS. Harl.* 2. Sed pro quia in *MS. Harl.* 3. *Deeff*
 & in *MS. Harl.* 4. *Quatriduanum MS. Harl.* 5. *Per pro & in MS.*
Harl. 6. *Et orationes & per fimiles MS. Harl.* 7. *Et MS. Harl.*

“ omnibus renunciatis, velit perpetuo vivere in
 “ paupertate? Legimus, quod cuidam juristæ,
 “ volenti infra annum noviciatus recedere tem-
 “ ptatus de ordine, quia viderat sepeliri quen-
 “ dam monachum cum cinere & cilicio sine
 “ pompa, apparuit ei Angelus dicens, *Ex hoc*
 “ *vis recedere? Revertere; quia omnes, in hoc cæ-*
 “ *miterio sepulti, sunt in gloria aeterna, excepto uno*
 “ *converso proprietario.* Propter quod quidam,

“ *In cella stabiles nil formidare tenentur.*

“ *Nam cæli vigiles hos vallant atque tuentur.*

“ *Hos¹ faciunt fortes, quos reddat cella gravatos.*

“ *Dum sompnum capiunt, tollunt super astra beatos,*

“ *Qui tibi dat dorsum, te deserit atque retrorsum,*

“ *Mortuus introrsum cadit in tormenta deorsum.*

“ *Nulli namque datur quod sub cella moriatur;*

“ *Si non salvari meruit, sursumque bearit.*

“ *Hoc sonat inclusa Cartusia, quod caro tusa.*

Hæc de Cartusiensibus sufficiant ad² declaran-
 dam devotionem regis, hunc ordinem in Sco-
 tiam adducentis, cum tamen,³ ut audivi à nota-
 bili clerico dicente, se legisse in una tabula pro-
 vinciali hujus ordinis in quadam ecclesia, om-
 nes & singulas domos uniuscujusque provinciæ,
 & invenisse in Scotia quatuor domos hujus or-
 dinis, viz. Bewlyne in Rossia, Plusquhardi in
 Muraf, Archachane in Lorne, & in valle Sancti

1. Faciet f. q. reddit *MS. Harl.* 2. Declarandum intencionem
 & devocionem *MS. Harl.* 3. Deest ut in *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

Johannis. Ubi autem illa vallis ¹ fuerat, nescitur. Sed nunc apud Perth dici potest vallis Sancti Johannis, quæ in cartis foundationis loci dicitur vallis virtuosa. Hanc narrationem audivi à dicente per multos annos antequam fuit cogitatum, hanc domum Cartusii ibidem fundari.

De combustione Paule Crawar hæretici, ² & de Lollardis.

CAPITULUM XX.

ANNO Domini M. cccc. xxxii. incepit volatilis pestilentia in burgo de Hadingtonne. Eodem anno Maria Domina insularum & comitissa Rosse liberata est à custodia, qua ³ detinebatur in Emonia, & regi præsentata apud Perth, tempore sui Parlamenti, ad festum Purificationis. Anno sequenti accusatus est Paulus ⁴ Crawar Teutonicus, 23. die mensis Julii, apud Sanctum Andream, & hæreticus obstinatus repertus convictus est & condemnatus, & ad ignem applicatus & incineratus. Hic, ut dicitur, missus fuit ab hæreticis Pragensibus de Boëmia, qui tunc in maleficiis nimium prævalebant, ad inficiendum regnum Scotorum, recommissus per ipsorum litteras, tanquam præcellens arte medicinæ. Hic in sacris litteris & in alle-

1. Fuit *MS. Harl.* 2. Et natura Lolardorum *MS. Harl.* 3. Tenebatur *MS. Harl.* 4. Crawere Teutonicus apud Sanctum *MS. Harl.*

gatione Bibliæ promptus & exercitatus inveniebatur; sed ad insipientiam sibi omnes quasi illos articulos erroneos Pragenfes & Wicklivienses pertinaciter tenebat: sed per venerabilem virum, magistrum Laurentium de Londonis, inquisitorem hæreticæ pravitatis, qui nunquam infra regnum requiem dedit hæreticis vel Lollardis, confutatus est. Hujus sectæ hæresiarcha fuit quidam Petrus Crek, olim Anglicus, sed nunc Boëmita sacrilegus, inter quos fuerunt tres sectæ, prima Thaboricarum, à monte Thabor dicta, in quo Christus post resurrectionem Spiritum Sanctum dedit discipulis. Cui præest quidam sacerdos simplex litteratura Procopius nomine: cujus titulus est, *Procopius, miseratione divina, magister in spiritualibus Thaboritarum.* Secunda secta est orphanicorum, cui præest dictus Petrus Crek. Tertia secta dicitur Pragas gentium. Hæ serpentinæ sectæ in verbis perfectionem prædicant; sed factis contrariantur. Nam ipsi in solenni apparatu vestium, & pompaticè incesu equorum, ad instar regum, cum numerosa multitudine intraverunt civitatem Basiliensem, epulantes seorsum apud se splendidissime in pretiosissimis vasis propriis aureis & argenteis usque ad infimum servitorem, singulos in Concilio transcendentés; ubi pro tunc fuerunt quinque Cardinales, duo Patriarchæ, Antiochenus scilicet & Alexandrinus, duo archiepiscopi,

Mediolanensis scil. & Lugdonensis, & ¹ quamplurimi episcopi & prælati; nec non spectabiles Ambassatores diversorum principum & regnorum. Prædictus Procopius tunica talari cum manicis, ad instar fratrum minorum, de nigro panno ruffetico ² incedit, & sic ceteros præcedit, pilium habens in capite de pellibus ³ matris ad modum pili doctoralis. Quando more suo missam celebraturus, sacris non indutus vestibus, epistola, ⁴ evangelio, ac omnibus aliis in missa usitatis, horisque canonicis spretis & neglectis, missam cum oratione dominica incepit. Qua finita, adjungit, *Dominus quidem Jesus postquam cœnavit*, &c. usque ad verba consecrationis corporis & sanguinis inclusive, in cratera usuali & pane communi cum magna quantitate ⁵ conficit: de quo tam se quam ⁶ ceteros suos familiares excommunicat. Hæ sectæ purgatorium non credunt, omnem religionem detestantur, peregrinationes abhorrent, ordines & claves ecclesiæ spernunt, articulum de resurrectione mortuorum negant. Sed labor Consilii stetit circa quatuor articulos præcipue reconciliandos, viz. de communione Sacramenti sub utraque specie, & de publica punitione peccati mortalis notorii, de dotatione & possessione ecclesiæ, & de libera prædicatione verbi, an scil. in-

1. Quam plures *MS. Harl.* 2. Incedit *MS. Harl.* 3. Maternis *MS. Harl.* 4. Ac ewangelio, ac omn. *MS. Harl.* 5. Confecit *MS. Harl.* 6. Deest ceteros in *MS. Harl.*

differenter omnibus liceret: ¹ quia isti quatuor propositi erant per hos hæreticos. Secta horum Pragensium feliciter fuit destructa per sagacitatem Consilii Basiliensis, qui de Sacramentis, vel sacris ordinibus, ut præmittitur, nihil curabant; sed & ipsa ac pia religiosorum loca funditus evertabant. Adierunt primo magnates & magistratus Boëmiæ, informantes eos, quod licite poterant rectificare clericos & prælatos delinquentes præter licentiam spiritualis potestatis; & per consequens, ad potestatem secularem pertinere auctoritate propria judicare de ² potestate spirituali, & punire eam per ablationem possessionum & rerum temporalium; dicentes, quod potestas spiritualis est subiecta temporali potestati in regno temporali. Quorum persuasio versipellis blæsis titillationibus multum allexit eos ad auferendum ecclesiæ temporalitates. Unde cum ecclesiæ essent possessionibus spoliatae, prævalentes hæretici, sic ³ effecerunt, ut & ipsi magnates nil plus in proprio possiderent, quam ipsi hæretici, dicentes omnia debere esse in communi, unde uxores & dominas & earum filias indifferenter, etiam in præsentia virorum suorum, lenocinanter scortabant: quod si quis propter hoc se gravari causabat, eum tanquam hæreticum hæretici morte affecerunt. Unde cum Consilium Basiliense ve-

1. Quod *MS. Harl.* 2. Auctoritate *MS. Harl.* 3. Fecerunt *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

ris rationibus & irrefragabilibus disceptationibus ipsos hæreticos confutasset, venerunt ipsi olim magnates pedestres, nihil aliud præter¹ baculos manibus ferentes, & petierunt se ad possessiones suas restitui debere. Quibus à Consilio responsum est, se juste & merito hæc debere pati, quia in eo, quo quis peccat, est puniendus, & qui stultus fuit in culpa, sapiens debet esse in pœna. Propterea eos dimiserunt inanes & vacuos, nunquam in se vel heredibus² vel ad proprietatem, vel usumfructum terrarum & possessionum vel aliarum rerum temporalium reversuros. Ecce quam subtiliter hujusmodi hæretici & Lollardi in vestimentis ovium intrant, sed intrinsecus lupis³ rapidiores inveniuntur. Ideo, quotiescunque⁴ pullulare incipiat hujusmodi hæretica in regno Lolardia vel hæresis Lolardica, statim inquisitores,⁵ invocato, si opus sit, brachio seculari, eam succidere nitantur, dicente Hieronymo. “Dum parvus est hostis, interfice, ut nequitia elidatur in femine. Resecandæ sunt,” inquit, “putridæ carnes, & scabiosa ovis à⁶ caule est repellenda, ne tota domus ardeat, & pecora corrumpantur. In Alexandria namque una scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressa est, totum orbem ejus flamma populata est.” Hæc ille.

1. Baculum *MS. Harl.* 2. Nec ad *MS. Harl.* 3. Rapadiiores [*f. rapaciores*] *MS. Harl.* 4. Repulilare *MS. Harl.* 5. Si opus fuerit, invocato brachio *MS. Harl.* 6. Caulis *MS. Harl.*

Ad huc de eisdem Lolardis.

CAPITULUM XXI.

ISTI enim, juxta divinum oraculum, sunt falsi prophetæ, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Isti sunt vulpes Sampsonis, qui facies diversas habentes, caudis tamen conjunctis messem succendebant, & quia partes vulpium erunt in inferiora¹ terræ introibunt. Isti sunt genimina viperarum, qui, partem ecclesiæ militantis minime expectantes, ventrem cleri & ecclesiæ dirumpunt. Isti sunt colubri in via, serastes in femita; nec non & pigmæi super humeros gigantum, putantes aliis altius speculari. Isti sunt ludentes & deludentes, inextricabilem² labyrinthum rationibus texentes, ubi nunc quidem³ quo egrediare, introeas: nunc vero quo⁴ introieris, egrediare. in Conf. libro 3^o.⁵ prosa 12. Isti sunt Poëticiæ musæ, de quibus proferitur primo de Conf. prosa 1. ⁶ Quis, inquit, has scenicas⁷ dimeritriculas permittit accedere, quæ potius ejus dolores augeant quam minuant? Reverendi vultus muliere, id est, fide vera, supra verticem residente, ævo plena, magistra

1. Terra *MS. Harl.* 2. Laborinthum *MS. Harl.* 3. Hoc pro quo in *MS. Harl.* 4. Introearis *MS. Harl.* 5. In prosa *MS. Harl.* 6. Quid *MS. Harl.* 7. Meritriculas *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

omnium virtutum, superno cardine dilapsa, coloris vividi atque inexhausti vigoris ultra communem valentiam hominum, oculis ardentibus, statura discretionis, ambiguae vestis ex subtili artificio, summæ verticis cacumine pulsantis cœlum. Cujus vestes violentorum, id est, Lolar-dorum, ¹ scidant manus. Heu! in extrema parte lectuli confedente. Isti sunt stellæ erraticæ, ² sese contra motum firmamenti retorquentes, syderum vias radio rabido describentes, suæque vitæ rationem contra cœlestis ordinis exemplar formantes. Isti sunt exclamantes tragici & fabulosi, à veritate aversi, qui nominis celebritatem per hypocrisis claritudinem vulgi opinionibus abstulerunt. Qui cum falso prædicantur, suis ipsi necesse est nec laudibus erubescant. Isti sunt, qui viventes in carne supplantaverunt ecclesiam, non triumphatores & amici Dei, sed truphatores & inimici ejus. Qui arte Jacobina ³ ecclesias altera vice supplantantes, gregem dominicum varietate colorum per virgas magorum ab unitate segregarunt. Isti sunt Berengariani, qui corpus Domini in altari & sanguinem in figura duntaxat asseverant. De quibus magister, ut Johannes est Elias, petra autem erat Christus. Isti sunt hypocrisantes Pharisei, philateria in frontibus ferentes, calcaneis non corde se spinis compungentes; de

¹. Sciderint *MS. Harl.* ². Se contra *MS. Harl.* ³. Ecclesiam *MS. Harl.*

quibus historia Scolastica super evangelium. Isti sunt Esæi, juramenta in perjuriam pervertentes, qui, prætextu religionis, oves ad hædos suo fermento de ovili Christi evocant atque trahunt. Isti sunt Sadducæi, legem Christi refutantes, & Pentateucon cum libris Moyfi approbantes. Isti sunt Stoici & Epicuræi, qui, resurrectionis fidem abnegantes, infidelibus deteriores effecti, habentes quidem speciem pietatis, sed virtutem ejus abnegantes. & hos, inquit Paulus, devita. Isti sunt Wiklevisti, Ufisti, Procopiani, Pragenfes, Archipythonis discipuli, nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, qui viam Chaym ambulaverunt & errores Balaam, mercede effusi in sacrosancto Basiliæ Consilio² confusi, sicut in contradictione Choræ, perierunt.

De eodem.

CAPITULUM XXII.

ISTI sunt filii Rachelis, & fures deorum, Sacramenta scilicet in sacrilegia prophanantes, mysteriaque fidei depravantes. Isti sunt³ Caci calculatores, qui pridem retroversis vestigiis in caveam abducunt. Sunt etiam Centauri superbi, quos, in nube & alto genitos, Hercules⁴ domare non potuit. Isti sunt de secta Nicholaitarum, qui in primitiva ecclesia uxores duxerunt ut

1. Servitutem *MS. Harl.* 2. Deest confusi in *MS. Harl.* 3. Desunt usque ad Centauri in *MS. Harl.* 4. Domari *MS. Harl.*

cetera bona communicanda, ¹ quibus concordat illud Lolardorum præcipuum principium, *Crescite & multiplicamini, & implete terram.* Isti sunt Arriani, quorum poena necdum apud inferos taxatur, secundum Augustinum, quorum femina ad fructum & manipulos nondum succreverunt. Isti sunt inimici crucis Christi, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem flens ² dico, quorum finis interitus, & gloria ³ in confusione eorum, qui terrena sapiunt. Isti sunt bubones, qui, ut absorbeant oleum, lumen fidei extinguunt. Isti sunt, qui eliacis & achademicis studiis enutritos peritiores suos conantur ducere in errores. Sed abite potius ô Syrenes, de Consol. primo prosa 1. Isti sunt filii Phares, non Saram, tunicam Christi inconfutilem non coccino consuunt, sed dilacerant. Isti sunt execrati & ex hydra procreati, cui, unico abscisso capite, plura succrescunt. Isti sunt Satanici feminis satores, qui terras pervagantes, Job simplicem & rectum, id est, populum Domini peculiarem, ulcere pessimo perfidiæ fauciant semivivo relicto. Isti sunt apostatantes à fide, qui, recidivo cum Morptheo legem amoris infringentes, sponsam ecclesiam triumphantem ornatam monilibus renuunt & relinquunt. Isti sunt cynomia, & musca canina, ac locusta cum longa hasta, & brucus, cujus non est numerus, ad fructum ecclesiæ extirpandum:

1. Cum quibus *MS. Harl.* 2. Dico vobis, quorum *MS. Harl.*
3. Eorum in confusione, qui *MS. Harl.*

ad quem refecandum sunt in penetralibus regum & dominorum, ut ranæ coaxantes, de quibus ¹ post trisit cynomiam & comedit eos, ranam & disperdidit eos, id est, dispersionem bonorum & possessionem ecclesiæ, ut patuit in Pragensibus. Isti sunt qui in labores hominum non sunt, & ideo cum hominibus non flagellabuntur, sed cum ² dæmonibus: propterea tenuit eos superbia, prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transferunt in ³ affectum cordis. Cogitaverunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelsis locuti sunt. Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorum transfivit in terram. Ideo descendunt in infernum, quasi plumbum in aquis vehementibus. Et quia ⁴ infamant & denigrant omnem religiosum ordinem, & ipsi nullius sunt ordinis; ibunt, ut ait Bernardus, ubi nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat. De ista materia require supra libro xv. C. 20. ⁵ Hæc sufficiant de Lolardis. Hoc anno fuit mirabilis eclipsis solis 17. die mensis Junii hora quasi tertia post meridiem, & per dimidium horæ tenebræ, tanquam in nocte, supergressæ sunt, ita ut nihil pervium fuit visui humano. ⁶ Unde & vulgariter dicta fuit nigra hora.

⁷ Nigra hora.

1. Postea misit pro post trisit in MS. Harl. 2. Dæmoniis: propterea ideo tenuit MS. Harl. 3. Effectum MS. Harl. 4. Deformant MS. Harl. 5. Et de Lolardis dicta sufficiant. Hoc MS. Harl. 6. Ita ut vulgariter MS. Harl. 7. Deest hæc nota in MS. Harl.

*Quod Anglici subtiliter conati sunt ¹ inducere Scotos,
ad cyfrandam ligam inter Franciam & nos."*

CAPITULUM XXIII.

CIRCA idem tempus venit quidam miles de Anglia, Dominus de Scrope nomine, missus à rege & consilio Angliæ Domino nostro regi, cum instructionibus & commissione, unde rex ² inductus convocavit apud Perth Consilium generale in Octobri, ubi proposita materia de pace cum Anglicis habenda, & præcipue ubi ipsi de facto Roxburghe, & Berwik, & omnia alia restituerent, quæ regno Scotiæ, transacto certo tempore, injuste abstulerant, & restituendo perpetuam pacem peterent; in præsentia regis, sedentis ante magnum altare de Perth Chori fratrum prædicatorum, responsum est plane à majorum ecclesiarum prælatis, & regni proceribus, pacem cum libertate se concorditer affectare. Deinde deducendo vota singulorum petendo devenit ipsa deliberationis materia ad Abbates de Scona & Emonia, à quibus concorditer responsum est, quod rex Scotiæ non ³ potest libere materiam pacis tractare cum rege Angliæ, & hoc propter confederationem cum rege Franciæ, quam allegabant examinatum per universitatem Parisiensem, & confirmatam per

¹. Cifrare ligam inter Scotos & Francos *MS. Harl.* ². Conductus vocavit *MS. Harl.* ³. Possit *MS. Harl.*

summum Pontificem. Ad quam observandam isdem rex Scotiæ recenter præstitit solemne Sacramentum, cum diversis aliis hinc inde allegationibus, pro parte negativa cooperantibus. Et quia eo die coire nequiverant in una & eadem sententia, quia nocte superveniente ¹ terminabatur dies, quæstio de pace iterum in crastino repetita est, & hinc inde, ut prius, Dominis de consilio deliberantibus, & ad pacem cum libertate condescendentibus, remansit materia indecisa. Sed partem negativam sustinentibus opposuit se venerabilis in Christo pater ² Dominus Johannes Fogo, magister in sacra pagina, dignissimus Abbas Melroccensis, præmittens, ut asseruit, omnium per se dicendorum tanquam ³ fontalem originem ac fundamentum, viz. quod impletio divini præcepti non potest licite, nec debet dependere ex voluntate ⁴ aut consensu cujuscunque creaturæ alterius ab operante. Et ex hoc inferre se dedit, quod nullus regum poterat licite juramento se obligare alteri regi nunquam habere pacem cum tertio, nisi ad voluntatem ipsius cui se sic obligaverat. Deinde ad propositum induxit, quod nec rex Franciæ potuit licite juramento se obligare regi Scotiæ, nunquam habere pacem cum rege Angliæ, nisi ad voluntatem regis Scotiæ, ⁵ aut è converso. Ex

1. Terminabantur *MS. Harl.* 2. Magister pro Dominus in *MS. Harl.* 3. Fontem, originem & fundamentum, *MS. Harl.* 4. Seu *MS. Harl.* 5. Et pro aut in *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

hoc iterum affirmavit, quod iste articulus sine pluri & secundum quod ab abbatibus ordinis Sancti Augustini præmissis allegabatur, scil. quod rex Scotiae non ¹ poterit licite facere pacem cum rege Angliæ, nisi ad voluntatem & ex consensu regis Franciæ, secundum quod littera jacet, & secundum sensum grammaticalem, quem primo generat in animo auditoris, ² male sonat, & continet in se ³ errorem. Ad ista breviter dicendo taliter fuit altercatum, quod nil ulterius processum est ad læsionem confœderationis, sed finaliter compertum est, Anglos ad id intentasse, ut scisma in nostro regno suscitarent: cum constat liquido, ipsos nequaquam proposuisse nostra nobis restituere ⁴ velle.

De altercatione inter prælatos regni, & de receptione castri de Dunbar.

CAPITULUM XXIV.

IPSI etenim Angli ⁵ admodum dolosi lupi se gerebant. Cum enim magna, ut in fabula, rixa inter pastores & lupos exorta esset, & nullo pacto pacari quibant, miserunt tandem lupi ⁶ pastoribus legationem dicentes, “Multum vobiscum affectamus pacem: sed quia solum canes sunt causa controversiæ, removete ca-

¹ Poterat *MS. Harl.* ² Desunt male sonat in *MS. Harl.* ³ Errorem &c. Ad *MS. Harl.* ⁴ Velle, &c. *MS. Harl.* ⁵ F. ad modum, duabus vocibus. ⁶ Pastori *MS. Harl.*

“nes,

“nes, & oves non attingemus; & sic pace per-
“enni potiemur.” Quo audito, pastores canes
exiliabant, & lupi oves immoderatus strangu-
labant. Et sic delusi pastores, tam canes quam
oves amiserunt. Auditis igitur à magistro Lau-
rentio de Londores, licentiatò in Theologia
dignissimo, propositionibus & allegationibus
abbatis de Melros, minus placide in auribus ejus,
qui & tunc erat inquisitor hæreticæ pravitatis,
hujusmodi propositiones sonuerunt, propter
quod ¹ scripsit sibi, redarguens eundem in suo
fundamento sive fontali origine positionis, &
sibi vice versa abbas rescripsit epistolas admo-
dum evecivas. Propter quod monitus & cita-
tus fuit solemniter per inquisitorem, ad revo-
canda maledicta & scripta, vel ad ea debite de-
fendenda. Quo in Sancto Andrea ² certo die
comparente, cessit inquisitori, & hinc inde ca-
ritativa tranquillitate sopiti, reges præmissi tam
Franciæ quam Scotiæ solita confœderatione
unanimes perseverant. Anno Domini M. cccc. ³ Dunbar
xxxiii. Dominus rex misit Dominos Willelmum ⁴ Angusii, Willelmum de Creichtone ⁵ capitur ex
comitem Angusii, Willelmum de Creichtone ⁵ parte re-
suum Cancellarium, & Adam de Hepburne de
Hales, milites, ad custodes castri de Dunbar cum
sua littera patente, retento secum apud castrum
de Edinburghe Domino ⁵ Georgio de Dunbar fe-

1. Rescripsit *MS. Harl.* 2. Personaliter pro certo die in *MS. Harl.* 3. Deest hæc nota marginalis in *MS. Harl.* 4. Angusii *MS. Harl.* 5. Georgio II. hoc nomine comite de Dunbar. Qui custodes *MS. Harl.*

cundo hoc nomine comite Marchiarum. Qui custodes deliberaverunt castrum nunciis ¹ regis absque mandato comitis. Cujus custodiam commisit rex dicto Domino ² Adam de Hepburne. Et anno sequenti apud Perth in suo Parlamento 7^o. die Augusti, propter commissa patris sui, ³ exhereditavit eum, allegantem, se habere regis remissionem pro propriis commissis. Sed volens rex sibi aliquantulum mitius agere, cinxit eum ibi comitem Buchaniæ. Et, post mortem regis, consensu trium statuum, concessa est sibi, & filio suo ac ⁴ heredi Patricio, de ipso comitatu annuatim summa 400. marcarum. Et hoc ⁷De gelu. usque ad ætatem legitimam ⁵ regis nunc superstitis, quem dictus comes de Sancto fonte levavit. Eodem anno extitit horrendum gelu, quod duravit per tres menses & duas septimanas, excepto quod ⁶ degelabat in festo Sancti Felani per diem naturalem, per quod molendina feliciter rotabantur, alias, ob defectum molitionis, maximus defectus panis extitisset.

1. Regis *MS. Harl.* 2. Adam Hepburne de Hailez. Et *MS. Harl.*
 3. Exhereditavit *MS. Harl.* 4. Heredi ipsi Patricio *MS. Harl.* 5. Regis Jacobi secundi, quem *MS. Harl.* 6. Degelavit *MS. Harl.*
 7. Deest hæc nota marg. in *MS. Harl.*

De conflictu de Piperdenne, & morte comitis
Marriae, & de comite Averoyse.

CAPITULUM XXV.

ANNO Domini M.CCCC.XXXV. circa festum
Sancti Petri ad vincula, obiit Dominus
Alexander Stewart, comes de Marria, bastardus
filius Domini Alexandri Stewart comitis de
Buchania, filii Domini Roberti secundi regis.
Hic fuit vir magni conquæstus, qui in juventute
erat multum indomitus, & ductor ¹ Caternano-
rum. Sed postea ² ad se reversus, & in virum
alterum mutatus, placenter trans montes quasi
totam aquilonem gubernabat. Homo magna-
rum opum & ingentium expensarum, clari no-
minis, & famosus in diversis regionibus habe-
batur. Cujus industriosæ probitati ascripta est
victoria facta apud ³ Legez per partem Johannis
ducis Burgundiæ; & similiter apud Harlaw de
Insulanis sibi attribuitur præconium triumphale.
Potens enim erat valde in rebus animatis &
mobilibus. Quibus omnibus, utpote Bastardi,
successit ⁴ rex. Anno sequenti conflictus de Pi-
perdene, 10. die Septembris, ubi devicti sunt
Angli, & capti de marchianis & castellanis ejus-
dem ad summam 1500. per Dominos Willel-

⁵ De con-
flictu de
Piperden.

1. Cataternorum *MS. Harl.* 2. In *MS. Harl.* 3. Leges pro
parte Domini Johannis ducis Burgundiæ *MS. Harl.* 4. Rex. Hic
ante hoc devicit Anglos, ubi præsens fuit. Anno *MS. Harl.* 5. *Deest*
hæc nota marg. in MS. Harl.

num¹ de Dowglas comitem Angusiæ,² & Adam Hepburne de Hales, & Alexandrum Ramsei de Dalwoly. Occubuit ibi, ex parte Scotorum, Dominus de Elfynston, & ex parte Anglorum Henricus de Clenhale ejusdem, & utriusque regni interfecti sunt non ultra quadraginta mediocrium personarum. Captus etiam fuit ibidem Dominus Robertus Ogil junior, miles. Eodem anno desponsata est Domina Margareta, primogenita regis, cum Dalphino Franciæ: de quibus supra eodem libro C. xi. cum sequenti. Internuncii erant Scoti præcipui in hoc negotio duo valentes milites, viz. Dominus Johannes Stewart de Derneley comes de Ave-royse, missus à rege Franciæ cum archiepiscopo Remensi, & Dominus Patricius Ogilby justitiarius Scotiæ, missus regi Franciæ cum episcopo Aberdonensi, ut præmissum est. Ut autem de qualitate istorum militum aliqua interferamus, sciendum est, quod Dominus de Derneley captus fuit in conflictu de Crevance apud Gallias, & uno lumine disoculatus, & triginta milibus coronarum redemptus, & tanto carius appretiatum quanto cum rege Francorum specialius commendatus. Hic ante hoc devicit Anglos sæpius; & semel apud Brosignere, ubi ceciderunt 1200. quorum sex Capitanei, duo locatenentes, & 200. fugientes interfecti sunt à Brigantibus, ubi capti sunt septem Capitanei, cum aliis generosis

1. De omittit *MS. Harl.* 2. Deest & in *MS. Harl.*

180. Sicut enim Dominus Johannes Stewart comes Buchaniæ, filius Domini Roberti ducis Albaniam Gubernatoris Scotiæ, Constabularius fuit Franciæ; ita iste Dominus Johannes Constabularius fuit Scotorum in Francia, qui fundavit ¹ notabile collegium Aurelianis in honore gloriosæ virginis Mariæ unius Præpositi, & unius magistri Sclarium, qui informabit ceteros pueros perpetue chorizantes in ipso collegio. Cujus foundationis occasio fuit hæc, quod in civitate Aurelianensi intuitus est ipse fundator quendam immanem lapidem, de quo cum sibi à dicentibus audierat, quod nullus artifex ² illum lapidem cuicumque ædificio aptare pöterat, sicut sæpius experiri tentabant. Et ego, inquit, in honore nostræ Dominæ sculpere faciam de eo imaginem ejus. Quod & factum est, & præcelsenti figura formata, in cujus honore collegium fecit & dotavit. Hic postea ab Anglis interceptus est.

De obsidione castri de Roxburghe.

CAPITULUM XXVI.

POST cujus mortem Dominus Patricius Ogilby effectus est Constabularius Scotorum in Francia, & magnifice apud regem & regnicolas ³ appreciatus: Qui apud Sanctice

1. Nobile *MS. Harl.* 2. Ipsum *MS. Harl.* 3. Appreciatus. Eodem tempore rex Franciæ de suis familiaribus capitaneis, ad custodiam sui corporis deputatis de natione Scotiæ, tantum tres nobiles
D d d d d d d 2

uno die novem Scotos generosos balteo militari præcinxit; viz. Alexandrum Berkley, Laurentium Vernon, Walterum Lekky, Johannem Turnbule, Willelmum Rossy, Thomam Loyal, Gilbertum de Hay & Nicholaum Kyng: sed tandem, ad mandatum regis Scotiæ, domum reversurus, in mare periit apud Penmark¹ in le Cost de Bretanze. Qui fuit acer ingenio, clarus eloquio, virilis animo, & omni morum probitate conspicuus atque fidus. Eodem anno, circa festum quod dicitur, Ad vincula, transtulit se rex ad obsidendum castrum suum de Marchemund, id est, Roxburghe. Ad quod acquirendum summonuit indistincte omnes seculares, transigentes annos discrecionis, infra decimum sextum & sexagesimum, nullis excipiendis, præter pastores & custodes boum arabilium &³ paucorum officiarium & servitorum prælatorum, & qui de necessitate & merito forent excusandi. In ista enim expeditione summabantur viri armatorum equestrium ducentena milia, præter pedites & carriagia, de quibus totidem & ultra

² De obsidione castri de Roxburgh.

biles sua propria manu cingulo militari decoravit, Dominum videlicet Cristinum de Camera, Dominum Gilbertum de Haya & Dominum Laurencium de Vernoure. Post hæc Dominus Patricius de Ogilby quinque milites fecit sua manu, viz. Dominum Alexandrum de Berclai, Dominum Willelmum de Rossy, Dominum Johannem Turbule, Dominum Thomam de Lovale & Dominum Nicholaum King. Et tandem ipse Dominus Patricius Ogilby, domum reversurus, in mare *MS. Harl.*

1. Apud *MS. Harl.* 2. Nota ista marg. deest in *MS. Harl.* 3. Sic. fe-

feruntur esse recensiti, qui per 15. dies obfidi-
oni vacabant, & nihil inibi laudis reportantes,
sed artilia & sagittas ¹ quasi totius regni temere
& incaute amittentes, infecto negotio inglorii
ad propria nostri remearunt. Eodem anno Le- ² De Le-
gatus Domini Papæ Eugenii intravit regnum ^{gato.}
ante festum natalis Domini, vocatus ³ Antoninus
episcopus Urbinatensis, & admissus per Regem
& Clerum in Consilio generali, apud villam de
Perth inchoato, 4^o. die Februarii: sed, propter
præventam mortem regis, sequenti principio
Quadragesimæ secutam, nihil legationis exer-
cuit. Paululum ante hoc, scil. 17. die Januarii,
obiit Dominus Robertus de ⁴ Cardine, episco- ⁵ De epi-
pus Dunkeldensis, qui navem ecclesiæ suæ de ^{scopo}
⁶ Dunkeld opere sumptuoso à fundamentis us- ^{Dunkel-}
que fere tecturam construxit, & in magno senio ^{denfi.}
ibidem vitam terminavit, sepultusque est so-
lemniter in interiore capella navis ad austrum.
Cui per electionem successit magister Jacobus
Kenedy, nepos regis ex sorore ejus comitissa
Angusæ; qui inibi stetit Pontifex per duos
annos, & dehinc translatus est ad episcopatum
Sancti Andreae. Cui successit, ex provisione a-
postolicæ sedis, ad requæstum regis, venerabilis
vir, & omni morum probitate conspicuus, ma-
gister Alexander ⁷ Lawedre rector de Ratho,

1. Deest quasi in MS. Harl. 2. Notam hanc marg. omittit MS. Harl.
3. Anthonius MS. Harl. 4. Cardynei MS. Harl. 5. Deest nota
hæc in MS. Harl. 6. Dunkeldene MS. Harl. 7. Lawdre MS. Harl.

Johannis de Fordun

frater uterinus recolendæ memoriæ Domini Willelmi episcopi Glasguensis & regni Cancellarii. Hic Dominus Alexander fuit decus morum & censor virtutum, qui nondum consecratus vix stetit per annum Præsul. Qui tanto majoris tristitiæ non solum clero sed & regno reliquit materiam, quanto majori dote privilegiavit eum altissimus, & prærogativa morum specialioribus titulis decenter insignivit. Hic obiit in Edinburghe XI. die Octobris anno Domini M.CCCC.XL. & sepultus est in ecclesia Parochiali de ¹ Lawedyr, loco sepulturæ suæ parentelæ. Post quem electus est magister Jacobus Brois, rector de ² Kylmain, & consecratus in Dunfermlyne IV. die Februarii prima dominica Quadragesimæ anno Domini M.CCCC.XLI. Et primam missam festive celebravit apud ³ Dunkelde in festo Sancti Adamnani anno sequenti. Anno Domini ⁴ M.CCCC.XXXV. & obiit Cancellarius regni apud Edenburghe anno Domini M.CCCC.XLVII. post quem electus est & confirmatus eodem anno magister Willelmus ⁵ Turnbole, custos sigilli privati regis, in episcopum Dunkeldensem. Eo-

1. Lawdre *MS. Harl.* 2. Kylmany *MS. Harl.* 3. Dunkeldene *MS. Harl.* 4. XXXV. *delevit eadem manus in MS. Harl. & supra lin. reposuit XLVII. in quo omittitur quoque &, uti etiam, [mox post Edenburghe] anno Domini M.CCCC.XLVII. Adeo ut legendum sit, Anno Domini M.CCCC.XLVII. obiit [Jacobus Brois] Cancellarius regni apud Edenburghe, post quem electus est & conf. &c.* 5. Turnbule *MS. Harl.* Notandum vero, quod Turnbole sive Turnbule hunc omiserit Spotswoodius, Jacobumque Brois, non Willelmum nostrum, ad sedem Glasguensem translatum fuisse innuerit. Sed minus recte.

demque

demque anno effectus est episcopus Glasguensis, cui, ex electione curiæque confirmatione, ¹ nunc Sanctæ ecclesiæ Dunkeldensi præest magister Johannes Raylston, Secretarius Domini nostri regis. ² Anno quo supra, scil. Domini M.CCCC.XXXV. fuit magna caristia. Ita ut in Jedwodeforrest & Thevidalia bolla tam farinæ quam falis ³ vendebatur pro 18.s.

De proditiosa morte regis nostri Jacobi primi.

CAPITULUM XXVII.

ISTE igitur annus fatalis percussit istud nobile regnum & nimium concussit: qualiter autem & quemadmodum proposui deferre per scriptum, eo quod scribenda non occurrunt ad votum. ⁴ Sed & nunc dulcis me materia provocat ad scribendum. Illinc me virtutum suarum naturalium & moralium prærogativa ad sermonem trahit; hinc ad fingulum retrahunt damna communia. Nunc igitur lugubriora scripta depromere cogor, quæ tamen nimium contraria sunt voto. Sed quia fors habet humana solvere ⁵ debita morti, mors tamen amara forti non parcat humanæ, (genera singulorum, & singula generum, in carne viventia sub ⁶ sua

1. Nunc dictæ ecclesiæ præest *MS. Harl.* 2. Anno hoc, viz. anno Domini M. cccc. xxxv. *MS. Harl.* 3. Venderetur ad 18.s. *MS. Harl.* 4. Sed nunc lugubriora scripta depromere cogor, (*omissis aliis*) *MS. Harl.* 5. Debitum *MS. Harl.* 6. Una pro sua in *MS. Harl.*

lege concludens) ecce regem nostrum casus fatalis extremitati regiminis subjecit, & tenuis solutionis anticipans terminum ante diem, si Deus dedisset, extorsit ¹ debitum, dum adhuc ordiretur, tela intercisa. Veram igitur sententiam sentio dicentis, subito cum non suspicatur infortunium accidit, calamitas irruit, morbus invadit, mors intercipit, quam nullus ² evadet. Hanc infortunabilem mortem, ut dicitur, regi intulit patruus ³ suus comes Atholiæ inveteratus dierum malorum, qui latenter, ut dicitur, aspirabat ad regni apicem nanciscendum. Propter quod, ut postea ad notitiam devenit, auctor & ⁴ instinator fuit ac consiliarius præcipuus ad perdendum ducem Rothsaïæ, nec non ducem Albanïæ Murdacum & ejusdem binos filios. Qui ipsi comiti, vita comite, si fors sustineret, de jure regno præficerentur. Ipse etenim, ut confessum est, instruxit nepotem suum Robertum Stewart, & Robertum Grahame, cum nonnullis aliis complicibus, ad ipsum regem ficarie occidendum, ut vel sic ipse quasi imperceptibiliter regni gubernacula conquireret; & de filio regis, tunc septenni, ad libitum, quamvis non ad licitum, tractaret, ut ad minus cum futuro rege ipse confors esse putaretur. Sed, ut scribit Poëta Lucanus,

1. Terminum *pro* debitum *in MS. Harl.* 2. Evadit *MS. Harl.*
 3. Suus Walterus comes *MS. Harl.* 4. Instructor *MS. Harl.*

*Nulla fides regni sociis, omnisque potestas
Impatiens consortis erit. Nec crede consorti.
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.*

Præmissus igitur Robertus Stewart, nepos comitis Atholiæ, domesticus ¹ intimior & consanguineus regi familiarior, de quo verificatur, *Nulla pejor pestis quam familiaris inimicus*, cum dicto Roberto Grahame, & septem aliis, de nocte, infra sacrum tempus Quadragesimæ, 21. die Februarii, ² regni sui xxxii. anno, vitæ vero xliv. infra monasterium fratrum prædicatorum de Perth, crudeliter & infidiose proditores pestiferi, regina etiam graviter vulnerata, primo cubicularium suum, Walterum Stratone, adolescentem extra cameram à rege missum ad ³ cellam pro vino, deinde ipsum regem occiderunt. Nec fuit de suis qui eidem opem ⁴ contulerint, vel ad vindicandum ⁵ protinus mortem ejus se poneret, præter Dominum David de Dunbar, militem, fratrem Georgii comitis Marchiæ, qui, audita seditione, de villa festinavit, thalamum regis, proprio cruore volutati exanimis, intravit, & ipsos, post perpetrati sceleris flagitium, extracto ense, insequens, ab eisdem manu sinistra, ⁶ quasi cunctis digitis mutilatis, graviter vulneratus abscessit.

1. Vicinior *MS. Harl.* 2. Anno regni sui xxxi. vitæ vero *MS. Harl.* 3. Cellarium *MS. Harl.* 4. Contulerat *MS. Harl.* 5. Pro tunc ejus mortem se *MS. Harl.* 6. Quasi certis d. mutilatus *MS. Harl.*

De ¹ descriptione & virtutibus ejus.

CAPITULUM XXVIII.

IN igitur hujus illustrissimi regis nostri morte dolorosa, quotquot regnicolæ fumus, bibimus de calice amaritudinis, quem propinavit nobis altissimus. Cujus haustu bibulo inebriavit nos absinthio, & felle potavit mors ejus æmula. Quem ad huc dum ordiretur tela vitæ Dominus pro velle succidit, cum abbreviato ordinario vitæ cursu. Antequam ad senilem cresceret ætatem, mors præcurrens nimis tempestate raptuerat, & raptum festina in Cartusii sanctuario recepit sepultura. Heu! Adæ peccatum, propter quod & nostrum immortalitatis exutus aptitudine, moriendi inevitabili necessitate, non solum ipse, sed in ipso omnis sua posteritas sentencialiter sunt addicti. Et sic de radice corrupta corrupti processere ² ramusculi, & de parentis vicio notam progenies subsecuta contraxit, ut ex acerbitate uvæ, quam parens commederat, filiorum dentes in posterum obstupescant. Unde mors, tributum, sibi in humano genere sic utiliter constitutum, sine personarum ³ delectu, à singulis exigens, hoc à legifero nostro rege Jacobo præterire noluit non exactum, dum ipsum nuper, si phas est dicere,

1. *Omnia omittuntur in Apographo Galeano, usque ad cap. XXXIX.*

2. *Ramusculi MS.* 3. *Deletu MS.*

tam importuna impietate conveniret, & tam onerosa immanitate exigeret, ut sui regiminis tempora breviori, quam expediret, curriculo terminaret, non solum in amaram suæ regię peculiaris sanguinitatem familiæ, sed in universorum trium statuum tam salubris consultacionis quam piæ subvencionis carenciam & defectum. Hic enim valde circumspectus erat & industrius, præstans virtute & ingeniosus, de cujus probitatis & virtutis præconio, non ¹ quidem de singulis generum, sed de generibus singulorum, breviter conferamus. Fuit enim statura mediocris, paulo minus brevis, corpore conveniens & ossibus grossus, artibus fortis & incredibilis vigoris, ita ut ultro ad colluctandum secum laceraret quemcumque statura procerum, hoc tamen maxime timens, ne in tali colludio timeretur: optimus architenens, & hastiludiator gnarus, ultra communem usum hominum lapidis jactor & mallei projector, tamquam alipes velocissimus cursor, eques strenuissimus & viator. Hic etenim in musica non solum in sono vocis, sed & in artis perfeccione, quemadmodum in tymphano & choro, in psalterio & organo, tibia & lira, tuba & fistula, non inquam ² avido ad usum, sed ad summæ perfeccionis majestrium. natura creatrix quædam vis & potentia divinitus humano generi infita, ultra humanam quodammodo æstimacionem, ipsum viva-

1. Quidam MS. 2. F. avidus.

citer decoravit, præsertim in tactu citharæ, tamquam alterum Orpheum, principem & prælatum omnium cytharædorum citharizantium in citharis suis dilectabiliter & dulciter illum prædotavit. In hoc patuit ipsum naturalem fore Scotum, ipsos eciam Hibernienses in modulacionibus lyricis mirabiliter præcellentem. De quibus congratulando, propter hujusmodi artis periciam, loquitur autor de mirabilibus Hiberniæ distinctione tercia dicens:

Quod peritus fuit in arte musicali.

CAPITULUM XXIX.

IN musicis instrumentis invenio commendabilem gentis istius diligenciam. in quibus, præ omni natione quam vidimus, incomparabiliter instructa est. Non enim in hiis, ut in Britannicis, quibus assueti sumus, instrumentis tarda & morosa est modulacio, verum velox & præceps, suavitas tamen & jocunda sonoritas, miraque in tanta tam præcipiti digitorum rapacitate musica proporcio & arte per omnia indempni, inter crispatos modulos organaque multipliciter intricata, tam suavi velocitate, tam dispari paritate, tam discordi concordia consona redditur & completur melodia, seu Diatesserone seu Diapente cordæ concrepent, semper tenera Bemol incipiunt, & in Bemol redeunt, ut cuncta sub jocunda sonoritatis dulcedine

dine compleantur. tam fuptiliter modulos intrant & exeunt, ficque fubtufo groffioris cordæ fonitu gracilium tinnitus licencius ludunt, latencius delectant, lasciviusque demulcent, ut pars artis maxima videatur arte velari, tamquam fi lata ferat ars depressa pudorem. Hinc accidit, ut ea, quæ subtilius intuentibus, & artis archana decernentibus, internas & ineffabiles comparant animi dilicias, ea non attendentibus, sed quasi videntibus non videndo, & audiendo non intelligentibus, aures potius onerent quam delectant, & tam confuso & inordinato ftrepitu invidis auditoribus fastidia parant tædiofa. Olim dicebatur, quod Scocia & Wallia Yberniam in modulis imitari æmula nitebantur disciplina. Hibernia quidem tantum duobus & delectatur instrumentis, cithara viz. & tymphana, Scocia tribus, cythera, tympana & choro, Wallia, cythera, tibiis & choro. Æneis quoque utuntur cordis, non de intestinis vel corio factis. Multorum autem opinione hodie Scocia non tantum magistræ æquiparavit Hiberniam, verum eciam in musica pericia longe jam prævalet & præcellit. Unde & ibi quasi fontem artis jam requirunt. Hæc ibi. Venerunt itaque periciores arte illa de Hibernia & Anglia, & de incomparabili præcellencia & magisterio musicæ artis regiæ admirantes, eidem præ ceteris gradum attribuunt superlativum. Ceterum quam diu hujus regni orbita volvitur, ejusdem prædicabilis

bilis practica, laudabilis rectoria, & præcellens policia accipient præconii incrementum.

Ad huc de virtutibus regis nostri.

CAPITULUM XXX.

ET non solum hujusmodi arti musicæ per intervalla inventus est indulgere, sed, pro qualitate temporis & consonancia morum horum, qui ejus præsentiam regiam & ex intimis affectabant, absque aliquali desidia, nunc operi artis litteratoriæ & Scripturæ, nunc protractioni & picturæ, nunc in jardinis herbarum & arborum fructiferarum plantacioni ¹ & insistere, nunc in honestis ludis & solaciis ad refocillandum suorum sequacium animos, sine offendiculo complacenti instabat curæ. Nec enim ipsius regiam majestatem deterruit in quacumque arte mechanica, honestis personis congrua, discendi labor vel sciencia, qui gravius necessitate ingruente solet affligere generosos. Et quodam modo rex, humilitatis & scienciæ gracia, contra consuetum, sine alterius violencia, se sibi præfecit ² petegogum & coactorem. Incredibili æstu amabat scienciam Scripturarum. Amabat & exercicium diversarum & laboriosarum practicarum. Unde translatus in Angliam, tamquam alter Josephus ductus in Ægyptum, & si linguam, quam non noverat, audivit, artes tamen mechanicas, & sciencias morales, quas non no-

¹ Sic. ² Sic.

verat,

verat, ⁊ dedit ⁊ intellexit. Unde Dominus erat cum eo, per quem erat vir in cunctis prospere agens. Testatur hoc sua mirabilis solertia in regione aliena, in qua præsumptum erat, ipsum olim nunquam cum libertate reversurum ad propria, pro eo, quod rex Angliæ Henricus quintus conatus fuit subigere se, ⁊ regnum Scociæ suæ ditioni, ⁊ perpetuæ servituti, sicut patet per litteras, regi nostro per eundem traditas, ad consensendum præmissis, vel perpetue carceribus deputari, quod potius elegit, quam regnum Scociæ suæ ditioni subicere; ubi etiam non multa, quinymmo pauca vel nulla, proprii redditus stipe suffultus, à natali solo in externa regione constitutus, quod quidam gradus est ad scienciam, ob discendi amorem occasionem dedit ad studendum. Ipse etenim non solum erat naturali ingenio callens, sed ⁊ morali philosophia multis etiam claræ scienciæ viris præditus ⁊ prædoctus, qui in tantum philosophiam ⁊ ceteras artes liberales in regno suo introduci affectans, quod, ad ipsius instantiam, multiplicatis intercessionibus, ⁊ diversis litteris propria manu cancellatis ⁊ signatis, tum tamen ipse pro tunc in captivitate fuerat detentus, pro privilegiis Universitatis in ipso regno fiendæ summo Pontifici scripsit ⁊ optinuit. Suæ siquidem regiæ solercie convenire sensio, quod scribit Alexander de naturis rerum. O! felicia antiquorum tempora, in quibus

ipſi imperatores, mundum regentes, ſeipſos philoſophiæ dederunt, ut patuit de Alexandro Macedonia, de Julio Cæſare, de Tholomæo rege. Cujuslibet enim regni gloria crevit in immenſum, quamdiu arcium liberalium ſtudia in ipſo floruerunt. Victoria enim miliciæ & gloria, quod philoſophia quaſi ſimul cucurrerunt; & merito, quia philoſophia vera docet juſte & recte regnare. Per enim me reges regnant, ait Sapiencia. Unde quidam,

*Regna beata forent, ſi vel contingeret eſſe
Philophos reges, vel reges philoſophari.*

Ad huc de eodem.

CAPITULUM XXXI.

PRÆTERIA namque in hiis, quæ ſunt eciam virtutum cardinalium opera, ut pote prudentia & juſticia, fortitudo & temperancia, & hujusmodi, quæ ſinceræ mentis exhibent efficaciam, extitit & eciam in corporali, ut præmiſimus, exercitatione laborator ſtrenuiſſimus. Nam, pro acquirendis vel tuendis religioſorum, aliorumque ſubditorum & liegiorum, neceſſariis, utrobique infra regnum, cauſa exigente, in propria perſona ipſorum loca ſive monaſteria frequencius adibat, & pace inibi reformata, divertit ſe ad alia, quæ rei publicæ utilitati ingruerant conveniencia. Omnes eccleſias & religionum ordines, pro qualitate vivencium, videbatur

batur æqualiter diligere & fovere, Religiosas personas & eorum vitam religiosam, ut audivit, collaudans. Et, si qua forte laudanda inter eos inveniens, caritatem & seorsum arguens & verecunde ¹ similians placide non ² pertulit, donec qualicumque via accommodata ad normam vivendi inflecterentur. Igitur, ut omnia ordinate inter religiosos agerentur, postquam de captivitate ad propria est reversus, audito, quod Religiosi sui regni abutebantur tenere sua capitula generalia, pro ut de jure communi & etiam de facto in Anglia observatur, dolore quodam saucio tactus intrinsecus, & religioso zelo inductus, scripsit suam litteram omnibus prælatis ordinum Benedicti & Augustini, quos infra regnum specialiter tangit hujusmodi observantia, regaliter & caritative sub hac forma.

De bona littera regis Jacobi primi, religiosis directa.

CAPITULUM XXXII.

JACOBUS, Dei gracia, rex Scotorum, venerabilibus in Christo patribus, abbatibus & prioribus ordinum & Regularium Sanctorum Benedicti & Augustini, Salutem, & ad perfectionis sublimiora conscendere incrementa. Casus proclivior minaciorque ruina sacræ religionis, à primæva suæ institutionis fundacione indies declinantis, sollicitare nos compellunt, ut

1. Sic. 2. Partulit MS.

Johannis de Fordun

vestros torpentes animos, & sompnolentiæ suæ ignaviam acrius excitemus. Proinde ¹ expurgisci vos convenit, & ad cor reducere, quatinus in regno nostro monasticæ religionis perfectio quammaxime remissa, prælatura ad exterminium tendit, ubilibet defamata in obprobrium redacta est, quasi olim mater Jerusalem, à degeneribus filiis contempta, & ab ignobilibus patribus repudiata, & ipsa nimirum, quod dolenter referimus, amaritudine repressa, ad terram supina prosternitur prostituta. Contra cujus miserandam, ymmo miserabilem, jacturam clamat in aures Domini filia Sabaoth, Sancta Syonis ecclesia, quod, angelico respectu nitens olim ejus regularis disciplina, *terribilis ut castrorum acies ordinata*, sui vobis aufert imaginem, per dissolucionis patres & indisciplinatos filios, eo quod, vestris perniciosis opere & exemplo, squalida nimis & compassione digna, contumeliis affecta relinquitur & afflicta. Ob igitur hæc & præmissa, nostra anima fauciatis præcordiis & dolore cordis tacti intrinsecus, cupientes summopere quamtocius præmissa reformari, vestras religiosas paternitates, in visceribus Ihesu Christi exhortando, requirimus & monemus, quatinus in peccatis, & dilacionibus quibuscumque semotis, ad reformationem hujusmodi vestræ sacre religionis, nimium, ut præmisimus, collapsæ, loco & tempore congruis,

1. Expurgisci *MS.*

convenire studeatis, &, diligenti consideratione atque maturo tractatu adhibitis, vias ¹ accomodas secundum Deum reperire procuretis, præcipue in capitulis generalibus celebrandis, quemadmodum ad suum statum pristinum religionis fervor valeat facilius respirare. Ne, ob vestræ incuriam diffidiæ, regalis munificencia, quæ olim, pro conservacione sui & subditorum salute, vestra monasteria priscis temporibus notabiliter dotavit, nobiliterque ditavit, pœniteat, se muros marmoreos erexisse, cum perpenderet, vos religiosos mores tam impudenter amisisse. Itaque viriliter exurgat contra hanc ignominiosam pestem sancta severitas, ut, fervore spiritus amplius concepto, rigor disciplinalis omnes hujusmodi occasiones amputet dissolutionis, attendentes, quod, ubi gubernaculum disciplinæ contempnitur, nichil superest, nisi quod religio naufragetur. Nos igitur, attentos vos reddere volentes, intendimus, dum præmissis studueritis, operam impendere vos, & facta vestra secundum Deum per omnia regali munimine dirigere & defensare, contradictores, si qui forte fuerint, in quantum tenemur, compescere & propulsare, vos eciam tales oratores, qui pro nostro regio statu intercedant, habere gaudebimus. Quibus semper regni nostri prosperabuntur honor & profectus. Vestras paternitates aspiret altissimus ad vestræ religionis cultus, & secundum Deum successus prosperos

& votivos. Dat. sub testimonio sigilli nostri privati in Parlamento nostro apud Perth xvii. die Marcii, anno regni nostri decimonono.

Quod summam tranquillitatem & pacem introduxit in regno.

CAPITULUM XXXIII.

FECIT enim multa bona in vita sua, regno perpetue profutura. Unde cum sibi confiterat regnum Noricis obligari pro insulis inæstimabilem summam, à multis retroactis temporibus insolutam, misit rex suum militem intimum Dominum Willelmum Creichtone, & magistrum Willelmum Fowles, custodem sui Sigilli privati, cum honorabili familia, regi Norwegiæ in ambassatam; ubi sic per instructionem & industriam regis actum est, quod de præteritis quitanciam reportarunt, & ab hinc solveretur annuatim nisi tantum summa

Fecit etiam pacem inter regnum nostrum & Hollandos, qui, ante redditum regis de Anglia, mercatoribus Scociæ intulerunt innumerabilia dampna. Firmam pacem stabilivit in regno. Nec magnates vel mediocres inter se rixantes passus est aliquatenus cooperta discordia, ut assolent, desævire. Sed ubicumque etiam & in finibus regni audierat oriri disturbias, statim ad scripturam breviloquam, sub signeto missam, sopitæ sunt, quia in
tan-

tantum regnicoli eum formidabant offendere, quod nusquam reperiebatur tam alticordis & potenciæ vir, qui præceptis sui scripturæ, vel etiam nuncio verbali, contradicere fuerat ausus vel reniti. Quod si quis obsteterat, statim pœnam luit. Sicut de factò accidit, statim post adventum ejus ad regnum, quod quidam, in male factis famosus, de transalpinis partibus rapinam fecerit de duabus vaccis à quadam paupercula Sunamite. Quæ ab ambrone querulis rogatibus restitutionem petiit de spolio, alias seipsam constrinxit juramento, se nequaquam calciari, donec regi conquestionem de eo faceret. “Mencieris,” ait raptor mulieri, “antequam præfencia ejus pocieris, te faciam calciari.” Et incontinenti cum quodam malliolo, & clavis ferreis, affixit plantis pauperculæ duas ferraturas equi. “Nunc,” inquit, “calciata recedas, & in opcione tua sumas, an loquelam gemitus effundas, vel de me regi tuo conquiras.” Quæ, postquam sanata de læsione convaluit, regem adiit, facti seriem retexuit, & in argumentum querelæ, cicatrices vulnorum in pedibus ostendit. At rex confestim accito cursore scripsit vicecomiti & magistratibus, in cujus vicecomitatu raptor residebat. Qui mox regi ligatum præsentari fecerunt reum apud Perth, ubi de roborea & malificio convictus, statuit ipsum rex collobio lineo contegi, in quo depicta fuit hominis imago, connectens quasi

quasi ferraturas equi plantis mulieris. Et sic continue binis diebus per vicos villæ ad spectaculum intuencium circumduci ligatum, deinde ad caudam jumenti trahi & patibulo suspendi fecit. Consulte itaque fecit rex, quod tam acriter in principio tam patulum facinus punivit. Quia, ut ait ¹ Cassiodorus, occurrendum est in principio, ne tractu temporis impunita malicia convalescat, & vires iniquitati ² dissimulatio vel indulgencior gracia subministret, sed clarius audita correccio doceat impericiam, & compescat audaciam. Scivi eciam, propter quod loquor, quemdam magnum nobilem, regis consanguineum propinquiorem, in curia regis residentem, nescio qua occasione, sed quia in aula regis alteri dedit alapham, rex ipsam manum ferientem super tabulam commensalem extendi jussit, & juveni illi alaphizato cultellum tradidit, præcipiens, sub poena mortis, ut illam manum cancellatam feriret, & volam perforaret. Quo audito, regina cum dominabus, prælati cum clericis, ad terram prostrati, vix per horæ spacium remissionem reo optinere valebant, percussore nichilominus ad tempus tam à curia, quam à præsentia regis, sequestrato. Ad memoriam forte ejus pervenerat, quod libro de moribus scribit Seneca, dicens: *Vicia transmittit ad posteros, qui præsentibus culpis ignoscit. Bonis nocet, qui malis parcat.*

1. Cassiodorus MS. 2. Dissimilacio MS.

*Quam felici pace omnes regnicolæ gaudebant
in vita regis.*

CAPITULUM XXXIV.

SEDEBAT igitur tunc populus in opulencia pacis à raptoribus securus, in jocunditate cordis, serenitate mentis, & tranquillitate animi. Eo quod rex sapienter è regno pepulit similtates, compescuit rapinas, discordes ¹ sedavit, & inimicos concordavit. In hoc enim, ut scribit Cassiodorus, virtus regis extollitur, & gracia ejus servatur, si in æquitate pacis populum dirigat, & in justiciæ vigore conservet. Hæc enim est bonarum arcium mater decora. Hæc mortalium genus reparabili successione multiplicans facultates, & tantarum rerum ignarus cognoscitur, qui eam minime quæsisse sentitur. Tale, inquit, bonum, Augustinus, est bonum pacis, ut in rebus creatis nil graciousius solet audiri, nil dilectabilius concupisci, & postremo nichil utilius possideri. O! qui nunc hiis diebus tranquillitatis & pacis caremus beneficiis, quam lætanter vidissemus, & gratanter solito more recepissemus jocunda pacis jocalia? Sed & ipsum amatorem & conservatorem pacis regem nunc amissum, quem tamen modice respectu instantis seculi appreciabamur, viventem vidissemus libencius si licencius, totisque personam ejus ² amplexibus strinxissemus. Sed, ut ait Hildebertus,

1. Cedavit MS. 2. Amplexissus MS.

Johannis de Fordun

*Hoc est hîc homines semper cum tempore labi,
Et semper quadam condicione mori.*

*Est hominis nudum nasci nudumque reverti
Ad matrem, nec opes tollere posse suas.*

*Est hominis putrere solo saniemque fateri,
Et ¹ miseris gradibus in cinerem ² redigi.*

Ubi est ergo nunc, ô rex, quo te videbimus ? Sed unde est, quo te, sicut solito, audiemus, quando, ut primo die ingressionis tuæ ad regnum de Anglia, cum relatum tibi fuit à dicenti de ³ negligentia regni gubernacione, furto, fraude & rapina expositi, dicebas voce virili, Si Deus michi vitam dederit, ipso auxiliante, & vitam saltem michi caninam præstante, faciam clavem castrum & dumetam vaccam absque possessoris ambiguo ad modum custodire ? Quæ omnia pro tempore suæ gubernacionis, ut præmiserat, feliciter contigerunt.

*Tunc nova gloria pectora sobria clarificabat,
Solvit enigmata, veraque sabbata continuabat.
Patria ⁴ liminis, inscia turbinis, inscia litis,
Cive repleta est, civeque læta est Israëlitis.
Patria splendida, terraque florida, libera spinis,
Fida fidelibus est ibi civibus, hîc peregrinis.
Pax erat omnibus illa fidelibus illa beata,
Inresolubilis, invariabilis, intemerata.*

1. Miserisque gr. MS. 2. Redegi MS. 3. Sic. 4. F. luminis.

*Pax sine crimine, pax sine turbine, pax sine rixa,
Meta laboribus atque ¹ tumultibus anchora fixa.
O! bona patria num tua gaudia prisca videbo?
Dic michi flagito, verbaque dicito, dicq; videbis, &c.*

*Hic deflet autor seculum nequam, & regnum
sine rectore.*

CAPITULUM XXXV.

A *Urea secula pacis & oscula deperiere.
Secula perfida, secula fœtida sunt modo vere.
Secula fœtida non voco sordida, sed voco sordem.
Sordibus afflua non dico mortua, sed voco mortem.
² Perdita secula, moribus æmula nunc valuerunt,
Sunt sine nomine qui sine crimine vivere quærent.
O! mala tempora, perfida pectora nobiletantur.
Fraude carencia, criminis inscia, bruta vocantur.
Fraus ore supplice, fraus dupla duplice cincta colore,
Fert dupla pallia, continet impia corde, mel ore.
Nunc Venus aestuat, ira tumultuat, æs dominatur.
Norma relinquitur, unio scinditur, ordo fugatur.
Stat petulancia, deest reverencia, luxus inundat.
Sobrius indiget, ypocrisis viget, error habundat.
Flet sacra regula, venditur infula, Symon amatur.
Ficcio judicat, aureus emicat, marca minatur.
Gracia deperit, & pudor interit, occidit ordo.
Ordo relinquitur, & male psallitur in decacordo.
Falsa dat oscula, vera ³ periculo, frater amico.
Lex sacra rumpitur, & male subditur æquus iniquo.*

1. Tumiltibus MS. 2. Pardida MS. 3. F. pericula.

Johannis de Fordun

*Sermo Dei tacet, ordo perit, placet alea fati.
 Esse pium pudet, omnis homo studet impietati.
 Per caput istius iste, per illius ille licenter
 Jurat, & abnuat omne quod eruit irreverenter.
 Per sua ¹ limina, per sacra numina, per crucifixum,
 Jurat alacriter atque procaciter urget id ipsum.
 Pererat heu! leve sicq; lucrum breve fert homo fictus.
 Nec sibi criminis ulcio fulminis irruit ictus.
 Cessit episcopus, estque Dei domus absque decore.
 Zelus & igneus archus & æreus absque rigore.
 Respice, respice nos patris unice virgine nate.
 Da mala plangere, da mala sumere, da tua, da te,
 Aurea tempora primaque robora redde rogamus.
 Nos modo dirige, post modo ² collige ne periamus.*

Væ! igitur nobis misellis, rapinis & ærumpnis
 expositis, quomodo licebit nobis vivere, qui
 pridem tam felicibus successibus, diebus hujus
 inclitissimi nostri regis, fuimus participes, &
 nunc, fortuna axem versante, contrariorum su-
 mus expertes? Verum quia Dominus dedit, Do-
 minus abstulit, voluntati ejus conformemus &
 nostram, in eo consolacionis remedium assu-
 mentes, qui potest dejectos erigere, & à mœ-
 rentibus omnem lacrimam extergere, qui post
³ tempestatum tranquillum, & post nubulum dat
 ferenum. Sed nunc & ad tempus quomodo la-
 crimas continere valemus, rememorantes dies
⁴ pristinos hujus inclitissimi regis, quando nec

1. F. lumina. 2. College MS. 3. F. tempestatem. 4. Prestinos
 MS. in

tate luctari ne illiceat, ne corrumpat, ne ipsa subvertat felicitas, magnæ, inquam, virtutis est cum felicitate luctari, sed majoris felicitatis est à felicitate non vinci. Exemplo semper hujus discant reges, ut secum habeant collateraliter electos viros, quos nunquam paciantur à sua præsentia abesse. quia magnæ providenciæ & cautelæ est prævidere illis, quæ quamvis raro, etiam interdum evenient, dum non sperantur. Et

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Quia, ut docet Ovidius de Remedio amoris,

Cum feriant unum, non unum fulmina terrent.

Uno percusso turba pavere solet.

Ubicumque ergo, ut ait Augustinus, fuerit providencia, frustrantur universa contraria. Ubi autem providencia negligitur, omnia contraria dominantur. De Regibus mundi potencioribus, forcioribus & sapiencioribus, legimus, eos semper constipatos fuisse non solum die, sed potissime nocte, electorum forcium manu armata. Unde de sapiente Salamone dicitur, *En lectulum Salamonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes gladios tenentes, ad bella doctissimi, unusquisque enssem super femur suum propter timores nocturnos.* Legimus etiam de invictissimo rege Karolo Magno, quod circa lectum ejus, per singulas noctes, assidue centum viginti fortes vicissim tripertiti ad custodiam ejus deputabantur, utque

supra libro III. c. LX. legimus eciam opulentissimum regem Assiriorum Sardanapallum, quod non curabat circa sui custodiam habere fortitudinis viros, propter quod præfectus ipsius Medis præpositis, nomine Arbactus, super eum irruit, & indefensum trucidavit, qui in regem sublimatus, regnum in Medos transtulit ab Assiriis, utque supra li. II. c. XVIII. pro isto vide supra libro III. c. XXVIII. & libro IX. c. LIV. Isto modo, ut creditur, proposuit comes Atholiæ, quod, rege è medio sublimato, ejus sublimaretur in folio. Quia, ut communiter dicitur, habebat auctoritatem per magna tempora, ex instructione cujusdam mulieris fortilegæ, ipsum cum magna solempnitate debere diademate spectabili regni coronari. Quod utique advenit, ad modum illius, de quo scribit Holkot, quod clericus fuit in Anglia Nigromanticus, cui Dæmon apparens promisit, quod foret rex Angliæ, & cum tanta milicia duceretur in medio regni Angliæ, sicut umquam Eadwardum, filium Henrici, viderat equitare. Hic tandem in Northamptonia, tempore Parlamenti, sedicionem suptiliter inter proceres commovens, convictus fuit solempniter & tractus, ac quam diu patibulo suspensus, quam diu ossa ossibus adhærebant. Simile scribit Cæsarius de quodam converso in Diocesi Coloniensi, quod primo inter monachos didicit legere, occasione cujus fecit sibi scribi libros,

1. F. præpositus. 2. Autē MS.

quos diligenter, sed & contra prohibitionem abbatis, studuit & intellexit, & aviditate discendi apostatavit. Cui apparuit Diabolus in specie boni angeli, præcipiens sibi, ut studio vacaret, qui in proximo ad episcopatum promoveretur, & ad eundem dignus haberetur. Qui monita deceptoris studiose exequens, tandem sibi apparuit, ammonens eum, ut, quanto citius poterat, ad Abirstadensem ecclesiam festinaret, qui ibidem sede vacante in pontificem sublimaretur. Lætus igitur de promisso stultus effectus festinavit se, & in domo cujusdam Rectoris ecclesiæ prope civitatem hospitatus, pallefridum personæ, cum toga ejus foderata, furatus, ad electionem profectus est, ubi ab exploratoribus arrestatus, & de furto accusatus, pro apostata denunciatus, stalatus & mitratus est. Sic dum scitiret promocionem episcopatus, adeptus est confusionem furis & apostatatus. Huic comiti per omnia contigit, ut in sequentibus patebit.

De inevitabili morte ejus & omnium.

CAPITULUM XXXVII.

QUID ultra moramur de inopinata morte regis telam protrahere, cum certe scire debeamus, quod de coelis humanus spiritus oriundus, coelestis non fruatur gaudio mansionis, nisi carnis prius ergastulum, quod de terra sum-

psit originem, terræ terrenis partibus recommendet? Scimus ¹ quidem causam doloris adesse. Modus tamen non debet deesse dolori, quia Dominus dedit & Dominus abstulit sicut sibi placuit. In cujus manibus mors & vita consistit. Qui enim dedit originem dedit & obitum, & sic communis est lex tam vitæ quam mortis, quod nil immutat in paupere vel magnate. Cum igitur in præsentis usus sit Dominus jure suo, regi non fecit injuriam. licet videatur manus ejus circa ipsum plena fuisse rigore, ut tam subito raperetur intentus rei publicæ, & summæ regni policiæ, in construendis palaciis, reparandis castris & armis defensivis ad inimicorum molimina propulsanda. Quid plura? Cum obierat, abiit Scotorum honor & gloria, dum vixerit adiit moeror, dum moritur & ruina. Quam intentus fuerat circa divina, capella ejus regia in multitudine cantorum, curiam ejus sequencium, non sine maximis & regalibus expensis circa altare quasi coelitus præparata testatur, qui in sonitu divinæ laudis dulcissimos modulos effecerunt. Qui nunc poterit dicere cum Hildeberto,

*Nuper eram locuples, multisque beatus amicis,
Et risere diu propria fata michi.
Sæpe michi dixi quia sunt tam prospera rerum,
Quid sibi vult tantus, tam citus agger opum?*

1. Quidam MS.

Johannis de Fordun

*Heu! michi nulla fides, nulla est constancia rebus.
 Res ipsæ quid sint mobilitate docent.
 Res homines atque levis alea versat in horas,
 Et venit à summo summa ruina gradu.
 Cuncta sub ancipiti pendent mortalia casu,
 Et spondent propria mobilitate fugam.
 Quicquid habes hodie, cras te fortasse relinquet.
 Aut servos humiles non finit esse diu,
 Has ludit fortuna vices, regesque superbos,
 Aut modo dum loqueris desinit esse tuum.*

Set itaque sciamus, quod proprio filio suo Dominus non pepercit, ne jus commune, aut communis regula, in humana natura exceptionem haberet, quæ, à mortalitate primæ corruptionis egressa, moriendi necessitatem incurrit. Cur querelosis planctibus ulterius insistamus, scientes scriptum esse, *Quis est homo qui vivit, & non videbit mortem? Non pulvis in pulverem revertetur, & quasi flos egressus homo conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam statu permanet in eodem? Habet humanæ conditionis fragilitas debita solvere morti, sed nescit importunæ mortis exactio quicquam in debito humanæ relinquere forti sine doctrina discrecionis extorquens. Ideo nunc restat, ut in eo nunc spiritum consolacionis sumamus, qui summus est moerencium consolator, qui sua ineffabili providencia disposuit regem, patrem il-*

lustris & optimæ indolis, filium regem confimilem relinquere affuturum, qui sui pro tempore repræsentare poterit parentem, ut generosa propago respondere valeat pro radice.

De 1 ephitapio regis Jacobi primi inclitissimi.

CAPITULUM XXXVIII.

HIC tumilatur honor, præclaro germine natus,
 Effulgendo decor virtutibus almificatus,
 Nobilitate ditens Jacobus, prælustris, amænus,
 Ac meritis ditens, morum probitate serenus.
 Hic pacis fautor, & legum maximus autor,
 Livorum 2 lautor, quietis strenuus altor,
 Cunctis lex patuit, dum vixit fraude sepulta,
 Furtum tunc latuit, labes non mansit inulta.
 Hic animi cultu, verbo factoque facetus,
 Ac hilaris vultu, sic dapsilis agmine lætus,
 Compluit hunc tanto dives natura decore,
 Quod dici quanto vix posset fulsit honore.
 Ecclesiæ cultor, cunctorum fotor egentum,
 Et miseris fultor, erector fraude cadentum,
 Vivax o ! quantis micuit, nec mencio tangit,
 Clarus ab infantis annis, quem Scotia plangit ?
 Dicere quis tantas non posset proprietates,
 Nec quot, nec quantas habuit rex hic probitates.
 Sed fortuna nimis sibi tu fueras inimica,
 Spondens in primis, quod eris sibi semper aprica.
 Quam cito vertisti, faciendo suprema deorsum ?
 Vath ! dum misisti subito mortis sibi morsum.

1. Sic. 2. Sic.

Johannis de Fordun

Proth! quod deceptus fuerat rex ille virilis.
Proth! olor illectus erat inclitus ortus herilis.
En! rex prælassus, proditorum turbine victus,
Corruit, est passus, heu! proth! olor ultus & ictus.
Heu! rex occubuit, qui turris, qui leo, qui lux,
Qui flos, qui gemma, qui rite columpna, qui dux,
Turris deicitur, leo¹ perdit robur, hebet lux,
Gemma nitens marcetque columpna, ruit, moritur dux.
Dum moritur rex, læditur en! lex peste maligna,
Spergitur & grex, adveniens fex dat sua signa.
Heu! rex sublimus Jacobus quoque nomine primus,
Est ymus limus, olim rex, rector opimus.
Nemo diu mansit in culmine, sed cito transit.
Est brevis atque levis in mundo gloria quævis.
Anno milleno quater C. ter quoque deno
Et sexto Christo de carcere permeat isto.
Vixit rex annis X. quater, bis quoque binis.
Infra Cartusiam jacet hic tumilatus in ymis.
Ter deca cumque duobus annis rex extitit iste,
In Perth post moritur, quem luget Scocia triste.

² *De conclusione Operis.*

CAPITULUM XXXIX.

STATIONEM hujus laboriosi operis hîc
 statuo terminandam, supplicans lectori cu-
 riali, ut, in quibus forte, ex minus accuratæ scri-
 pturæ testimonio exemplaria secutus, excessi,
 vel ex assertione narrantium ad unguem, secun-

1. Pardit *MS.* 2. Conclusio Operis *MS. Harl.*

dum rei gestæ feriem, transgressum est, mihi non imputet, sed, secundum quod alias ¹ plenius sciverit, errata sine livore corrigat & reformet. Non enim negare potero, quin ² aliquando plura & potiora, ac etiam planiora ad intellectum legentis, occurrere poterunt, quæ merito ³ debeant reparari. Sed quia nihil in humanis inventionibus perfectum reperitur, imperfectum meum tolerabit benignitas pii lectoris, quem etsi utique decernere non audeat excusare, vel saltem quæso non sententiet me nimium inculpari. Propter quod, lector hujus opusculi prius legat & intelligat, quam vituperet; prius à scientibus inquirat, quam condemnet: attendens, quod non multum libenter hujusmodi opus insolitum ex propriis aggrediendum præsumpsi, sed pro utilitate reipublicæ, pro solatio regis & regni, proque importuna supplicatione me ad hoc stimulantis manucepi; quod, Deo omnipotenti gratias agens, usque ad finem perduxit. Scio enim, quod, si ulterius ad scribendum chronicas continuarem, non ⁴ deessent qui dicerent, me velle superstitibus assentire, & quæ beneplacita forent eis apicibus commendare. In viventis enim laudibus & laudato locus vanæ exultationis offertur, & laudatori maxime nota assentationis affigitur. Ne propterea materiam obloquendi talibus ministrarem, hîc metam

1. Planius *MS. Harl.* 2. Aliqua *pro aliquando in MS. Harl.*
3. Debent *MS. Harl.* 4. Deesset qui diceret *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

operis ponam, sciens, scriptum esse, *Ne lauda-
veris hominem in vita sua*, tanquam si diceret,
Lauda post vitam, magnifica post consummationem.
Sic quique faciunt, qui palpones esse refugiunt.
Unde Hieronymus, in libro suo de illustribus
viris, sic inquit, “Ambrosius Mediolanensis epi-
“scopus usque in præsentem diem scribit. De
“quo, quia superest, judicium meum subtra-
“ham, ne in alterutram partem aut adulatio in
“me reprehendatur aut veritas.” Ideoque sta-
tutum est convenienter in plerisque regionibus,
& ut audivi, in Anglia, quod unumquodque
monasterium, à regibus fundatum, haberet de
ipso loco suum certum scribam vel scriptorem,
qui omnia notabilia, tempore regis, *saltem in*
regno vel è vicinis, contingentia, secundum
quod veritas facti se haberet, cum data anno-
taret, & ad proximum generale Concilium post
obitum regis omnes illi Chronographi conve-
nirent, & sua veridicta sive scripta in medium
producerent, & electis à Concilio sagacioribus
& in talibus peritis & expertis, scripta exami-
narent, & diligenti habita collatione, de con-
gestis summarium extraherent, & cronicam
compingerent. Ac in Coenobiticis archivis li-
brariorum pro authenticis Chronicis, quibus
fides daretur, scripta reponerent, ne temporum
labilitate memoriæ gestorum in regno depe-
rissent. Sic consulerem regem nostrum velle
constituere, ne, si præsens opusculum, cum

¹ annali, sic, ut præmittitur, describendis, quod absit, deperdatur, probitatis præcedentium memoriæ regum & pontificum, procerum & illustrium virorum, quoad incitamenta virtutum, & cautelam dispendiorum, ob culpam incuriæ ignaviter amittantur. Quia, ut scribit Hieronymus ad Demetriadem, Scripturarum ardor nulla prorsus ætate extinguatur: imo, inquit, ut secularis auctoris utar sententia, ipsa magis ætate inflammatur. Inflammetur igitur obsecro altissimum lectura hujus codicis saltem rex noster modernus, ² & sic transeat in regimine per bona temporalia, ut aspiret ad æterna. orans insuper Christum, quod ipsum ³ in munere misericordiæ suæ talem efficiat, ut habeamus ⁴ aliquid æterna memoria dignum, sicut ⁵ ex egregiis antecessoribus suis regibus, quod ministerio ⁶ grammatum de se ad posteros ⁷ transmittamus.

*Tractatus & Compositio inter reges
Scotiæ & Norwagiæ facta super cla-
meo Insularum, & eorum occasione.*

Commissio regis Norwagiæ super eisdem.

ERICUS, Dei gratia, Norwagiæ, Daciæ, Sweciæ regnorum, Sclavorum Gothorum-

1. Annalique sic MS. Harl. F. annalibus, sic. 2. Ut MS. Harl. 3. Ex MS. Harl. 4. Aliquod MS. Harl. 5. De MS. Harl. 6. Grammaticum MS. Harl. 7. Transmittamus &c. MS. Harl. in quo omittuntur Tractatus & Compositio, uti & Commissio, insequentes.

Johannis de Fordun

que rex & dux Pomeraniæ, Universis & singulis Christi fidelibus, ad quorum notitiam præsentem literæ pervenerint, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod nos, ob honorem & reverentiam Dei omnipotentis, & ad evitandum strages & effusionem sanguinis populi Christiani, & multa damna ac pericula maxima, quæ, occasione guerrarum, verifimile poterunt evenire; cupientes, quantum in nobis est, auxiliante Domino, cum omnibus fidei Christianæ cultoribus pacem habere, nostrosque subditos in pace ponere & quiete: confidentesque ad plenum de fidelitate, circumspectione, & prudentia sincere nobis dilectorum reverendorum in Christo patrum, nec non nobilium virorum dominorum Aflati Bergensis, Johannis Afløensis, Aubeeni Homarensis, Thomæ Orchadensis, Dei gratia, ecclesiarum episcoporum, Eudridi Erlondi, militis, Swalonis Johannis, Olani Haquini, & Buthormi Benedicti, armigerorum, ipsos fecimus, ordinavimus, constituimus, stabilivimus & deputavimus, pariter ex certa scientia & deliberato consilio facimus, constituimus, ordinamus, stabilimus & deputamus, nostros veros Ambassatores & nuncios solempnes, dantes eisdem, & eorum quatuor, plenam potestatem, liberam & generalem, ac speciale mandatum, se repræsentandi coram illustrissimi principis Jacobi, Dei gratia, regis Scotiæ, consanguinei nostri charissimi, quibuscunque Ambassatori-

fiatoribus & nunciis suis solemnibus, sufficientem potestatem ad hoc habentibus ab eodem Bargis in ¹ Norwegis conveniendi, vel alibi, ubi dictis Ambaffatoribus nostris visum fuerit expedire, & tractandi cum dicti illustrissimi principis Ambaffatoribus quibuscumque, super reparatione, reformatione & renovatione bonæ nostræ & perpetuæ pacis, & finalis concordia inter nos regnaque nostra, specialiter regnum nostrum Norwegiæ, terras, dominia & subditos nostros ex parte una, & dictum illustrissimum principem, regnum suum, terras, dominia & suos subditos universos ex altera, ac concordandi, transigendi, paciscendi ac componendi pro nobis, & nomine nostro, ac subditis nostris, super omnibus & singulis quæstionibus, debitis, dissentionibus, discordiis, bonorum rapinis, damnis & homicidiis quibuslibet hinc inde elatis, cum omnibus & singulis punctis suis & articulis, circumstantiis, emergentiis, incidentiis & connexis, nec non faciendi & firmandi pro perpetuo bonam, firmam, veram & finalem pacem, inter nos regnaque nostra, terras, dominia, ligios & subditos nostros ex parte una, & dictum illustrissimum principem, regnum suum, terras, dominia, ligeos & subditos suos ex altera, ac quitandi dictum illustrissimum principem, heredes & successores suos, regnum suum, terras & dominia, ligeos & subditos suos universos, pro perpetuo, de omnibus & singulis homicidiis,

bonorum rapinis, pecuniarum summis debitis, ac damnis universis per ipsum illustrissimum principem, antecessores suos, seu ligeos aut subditos suos qualescunque, nobis, progenitoribus nostris, ligeis aut subditis nostris, usque in diem confectionis præsentium, contractis, & quovismodo perpetratis, & super præmissis omnibus literas quitantiæ à dicto illustrissimo principe pro se, heredibus suis, & successoribus, ligeisque & subditis universis, petendi, recipiendi, ac pro nobis, heredibus ac successoribus nostris, ligeis & subditis nostris quibuscunque, literas confimiles super præmissis offerendi, concedendi atque dandi tot & tales quales necessariae fuerint, & dictis Ambassatoribus nostris visum fuerit expedire, & generaliter omnia alia & singula faciendi, tractandi, concordandi & concludendi, quæ circa præmissa, seu eorum expeditionem, necessaria fuerint, aut quomodolibet oportuna. Etiam si talia sint, quæ mandatum exigunt speciale, ratum & gratum habentes, & perpetuo habituri, quicquid Ambassatores nostri, vel eorum quatuor, faciendum duxerint in præmissis, & quolibet præmissorum. Dat. Hassniæ anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto, crastino Assumptionis beatæ Mariæ virginis nostro sub sigillo.

Sequitur Compositio.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Ad perpetuam rei memoriam, universis & singulis innotescat, quod, anno Domini millesimo quadringentesimo viceffimo sexto, viceffimo nono die mensis Julii, viz. ipso die Sancti Olani regis, in civitate Bergenfi, regni Norwegiæ, convenientibus serenissimo principe Domino Erico, Dei gratia, Norwegiæ, Daciæ & Sueciæ regnorum, Sclavorum, Gothorum rege, & duce Pomerrinensi illustri, per solemnes nuncios, viz. venerabiles patres & dominos Aflatum Bergenfis, Johannem Alloensis, Domini regis & regni Norwegiæ Cancellarium, Aubeonum Hamarenfis, Thomam Orchadenfis, Dei gratia, ecclesiarum episcopos, & nobiles Dominum Eudridum Erlendi militem, Swalonem Johannis, Hacuili-
num Henrici, Olanum Haquinum, Gutturinum Benedicti & Slernam Jacobi armigeros, dictorum regis & regni Norwegiæ consiliarios, ad omnia facienda & discernenda, quoad infra scripta, quæ dictus Dominus rex facere possset, si personaliter præsens interesset, plenam & sufficientem potestatem habentes, ex parte una, & serenissimo principe Domino Jacobo, eadem gratia, rege Scotorum illustri, per solemnes nuncios Wilielmum de Crichtoune baronem de eodem militem Camerarium suum, magistrum

Johannis de Fordun

Wilielmum de Fowlis præpositum Collegiatæ ecclesiæ de Bothvile Eleemosinarium suum, Thomam de Cranstone strutiferum suum, etiam consimilem plenam & sufficientem potestatem habentes, quoad singula infra scripta, parte ex altera, exhibita fuerunt, recitata & recognita concorditer per utramque partem quædam munimenta, super compositione & finali concordia, primo inter magnificos & illustres principes bonæ memoriæ dominos Magnum quartum & Alexandrum tertium Norwegiæ & Scotiæ reges, & eorum heredes, retroactis confecta temporibus. Secundo consequenter alia munimenta & indenturæ illustrissimorum Principum celebris memoriæ dominorum Haquini quinti, per solemnes suos nuncios, viz. nobilem virum dominum Berverum de Berkeri baronem, & discretum virum dominum Iwarum filium Onlani ecclesiarum Bergensis & Orchadensis Canonicum, & Roberti primi, etiam Norwegiæ & Scotiæ regum, sub anno Domini M. CCC. XII. in Dominica proxima post festum Apostolorum Simonis & Judæ, in villa de Invernes confecta, super confirmatione & renovatione præfata compositionis & finalis concordie, prioribus quasi penitus consona. Ita quod secundus tenor renovationis primæ compositionis formam in se clausam & insertam continebat. Cujus quidem præactæ compositionis & finalis concor-

1. Sic MS. F. scutiferum.

diæ tenor sequitur in hæc verba: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Ut certitudo præsentium det veram ac evidentem memoriam præteritorum, æternaliter est sciendum, quod, anno gratiæ millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, die Veneris proxima post festum Apostolorum Petri & Pauli, in ecclesia fratrum Prædicatorum de Perth, inita fuit hæc compositio & finalis concordia super contentionibus, querimoniis, damnis & injuriis, ac discordiis insularum Manniæ & Sodorentium, ac jurium earundem sopiendis, divina cooperante providentia, inter magnificos & illustrissimos Principes dominum Magnum quartum, Dei gratia, regem Norwagiæ illustrem, per solemnes nuncios suos, Dominos Asketinum Cancellarium suum, & Andream filium Nicholai baronem suum, super his illuc specialiter destinatos, ac legitime constitutos, comparentes ibidem ex parte una, & Dominum Alexandrum tertium, eadem gratia, regem Scotiæ illustrem, ibidem cum clero & proceribus regni sui majoribus personaliter comparentem ex altera, sub hac forma, viz. quod dictus dominus Magnus rex Norwegiæ, tanquam amicus pacis & cultor justitiæ, ad Dei reverentiam, & mutuæ dilectionis ac pacis observantiam diligentius confovendum, & animarum periculum propulsandum, ac strages hominum citius evitandum, ad instantiam & honorem Domini Alexandri regis Sco-

tia memorati, Manniam, cum ceteris insulis Sodorenſibus, & omnibus aliis insulis ex parte occidentali & australi magni Alf. cum omni jure, quod in eis ipse & progenitores sui haberunt ab antiquo tempore, vel ipse & heredes sui habere poterunt in futurum, per prædictos viros discretos Dominos Asketinum Cancellarium ipsius Domini Magni regis Norwegiæ, & Andream filium Nicholai baronem suum, habentes ab ipso rege plenam auctoritatem componendi & concordandi super ipsis amicabiliter & socialiter, concessit, resignavit & quietas clamavit, tam in petitorio quam in possessorio, pro se & heredibus suis, in perpetuum tenendum, habendum & possidendum, dicto Domino Alexandro tertio regi Scotiæ & suis heredibus, cum dominiis, homagiis, redditibus, servitiis & omnibus juribus & pertinentiis dictarum insularum, sine aliquo retenemento, una cum jure patronatus episcopatus Manniæ, salvis jure, jurisdictione & libertate ecclesiæ Nichdroſiensis, in omnibus & per omnia, quod vel quos habet in episcopum & ecclesiam Manniæ, & exceptis insulis Orchadiæ & Hietlandæ, quas idem rex Norwegiæ, cum dominiis, homagiis, redditibus, servitiis & omnibus juribus & pertinentiis suis infra easdem contiguas dominio suo specialiter reservavit. Itaque omnes homines dictarum insularum, quæ præfato Domino regi Scotiæ sunt concessæ, resignatæ & quiete clamatæ, tam

ma-

majores quam minores, subjaceant legibus & consuetudinibus regni Scotiæ, & secundum eas ex nunc in posterum tractentur & judicentur. Pro his autem forisfactis, vel injuriis & damnis quæ fecerunt usque in hodiernum diem, dum memorato Domino regi Norwegiæ adhærebant, nullatenus puniantur, nec querelentur super hereditatibus suis in illis insulis, sed pacifice stent in eisdem sub dominio Domini regis Scotiæ, sicut alii liberi & legei dicti Domini regis Scotiæ, qui liberiori justitia gaudere dinoscuntur. Nisi aliquid de cetero faciant, propter quod juste puniri debeant, juxta leges & consuetudines regni Scotiæ & libitum suum compellantur. Dominus itaque Alexander rex Scotiæ memoratus, veritatis zelator, ac pacis & concordiæ amator, & heredes sui in perpetuum, pro istis concessione, resignatione & quieta clamatione, & præcipue pro bono pacis, & ut fatigationes & labores redimantur, dabunt & reddent in perpetuum sæpe dicto Domino regi Norwegiæ, & heredibus suis & eorundem assignatis, in perpetuum, infra Octavas Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ in Orchadia, ¹ terram scil. Domini regis Norwegiæ, in ecclesia Sancti Magni in manibus episcopi Orchadiæ, seu Ballivi ipsius Domini regis Norwegiæ, ad hoc per ipsum specialiter deputati, vel in eadem ecclesia deponent, ad opus ipsius Domini regis Norwegiæ, sub custodia Canonorum ejus-

1. F. terra.

Johannis de Fordun

ejusdem ecclesiæ, si episcopus vel ballivus non inveniatur ibidem, qui dabunt eis literas acquisitionis & factæ solutionis, centum marcas bonorum & legalium Sterlingorum, secundum modum & usum curiæ Romanæ, & regnorum Franciæ, Angliæ & Scotiæ, numerandas annuatim, & nihilominus quatuor milia marcarum Sterlingorum, dicto modo numerandorum infra proximum quadriennium, loco & termino prænotatis, viz. mille marcas, infra Octavas Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, anno gratiæ millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, & centum marcas de prædicta pensione, & anno gratiæ M.CC.LXVIII. ad eisdem locum & terminum mille marcas & centum marcas de pensione præfata, & anno gratiæ millesimo ducentesimo sexagesimo nono dictis loco & termino mille marcas & centum marcas de memorata pensione, & ultimo anno gratiæ millesimo ducentesimo septuagesimo eisdem loco & termino mille marcas & centum marcas de memorata pensione. In posterum autem dictis loco & termino duntaxat centum marcas de pensione prædicta, prædicto modo numerandas in perpetuum pro omnibus annuatim. Et ad hæc omnia & singula, ut prænotata sunt, fideliter & firmiter observanda, dicti A. Cancellarius & A. Baro, pro Domino suo Magno illustri rege Norwagiæ, & heredibus suis assignatis, in animam ipsius regis, de cujus voluntate eis

super

super his constabat ad plenam, & animas proprias juraverunt publice in ecclesia fratrum prædicatorum apud Perth, tactis evangelis sacrosanctis. & dictus Dominus Alexander rex Scotiæ, per nobiles viros Adam comitem de Carrik, & Robertum de Meners, eodem modo in animam suam & animas eorum, pro se & heredibus suis, fecit jurare solemniter in præsentia nunciorum eorundem. Et, ad majorem hujus rei securitatem, utraque pars se obligavit ad pœnam decem milium marcarum Sterlingorum, solvendam de plano & absque strepitu judiciali à parte resiliere volente parti compositionem istam & finalem concordiam observanti, compositione ipsa & finali concordia nihilominus in perpetuum in pleno robore duraturis.

Dominus insuper rex Magnus Norwegiæ, per nuncios suos supradictos, seipsum & heredes ac successores suos, & dominus Alexander rex Scotiæ se & heredes suos subjecerunt in hoc jurisdictioni sedis Apostolicæ, & unica monitione præmissa per sententias excommunicationis in personas, nullius persona excepta, & interdicti in regna, absque strepitu judiciali, & aliqua causæ cognitione, compellat partem, resilientem à compositione & finali concordia prædictis, ad solvendum parti, ipsas compositionem & finalem concordiam observanti, dictam pœnam decem milium marcarum integre & ple-

Johannis de Fordun

plenarie, & nihilominus ad ipsas compositionem & finalem concordiam in omnibus & singulis articulis observandas, non relaxandas, quousque dicta poena, ut dictum est, plenarie fuerit persoluta, ipsis compositione & finali concordia in suo robore in omnibus & per omnia duraturis, & in perpetuum valituris. Renunciavit itaque utraque pars in hoc facto omni exceptioni fraudis & doli actioni in factum, & privilegio fori, & specialiter restitutioni in integrum, & omnibus literis, inter eosdem reges & antecessores suos huc usque habitis & obtentis, cujuscunque tenoris existant. Et omnibus literis & indulgentiis Apostolicis, impetratis & impetrandis, in omni remedio juris canonici & civilis, per quod prædictæ concessio, resignatio, quieta clamatio, compositio, & finalis concordia, impediri, differri vel destrui valeant, seu modo aliquo enervari. Adjectum est etiam huic concordia, & statutum communi consensu inter reges & regna Norwegiæ & Scotiæ, ut omnes transgressiones & delicta, inter eos & antecessores suos, & eorum homines, usque in hodiernum diem perpetrata, ex utraque parte penitus sint remissa, quoad ecclesias, sicut ad regna, nullo ex his mali, iræ vel vindictæ tramite remanente, & ut obsides dictarum insularum, hinc inde capti & detenti, plenæ libertati restituantur. Et si inimicus alterius regum ipsorum, Scotiæ scil. & Norwegiæ, ad alterum ipsorum

con-

confugiat, ipsum in regno suo vel dominio ad gravamen ejus, à quo effugerit, non receptet, nisi forte ad tempus, ut gratiam sibi impetret, si gratiam meruerit. Et si gratiam Domini sui offensi habere non poterit, ipsum statim post annum non deferat à se & suo dominio removere, exceptis illis, qui crimen læsæ majestatis commiserint, qui nullo modo hinc inde receptentur. Insuper, si contingat, homines regni Norwegiæ, quod absit, in regno, vel dominio, regis Scotiæ pati naufragium, vel è converso, liceat eis libere & quiete naves suas fractas, vel collisas, una cum rebus suis omnimodis, per se, vel per alios, recolligere & habere, vendere & alienare, absque omni calumnia, quam diu eas non habuerint pro derelicto. Et si quis, contra hoc commune statutum¹ concorde, de rebus vel navibus hujusmodi periclitatis quicquam fraudulenter vel violenter furrupuit, & super hoc convictus fuerit, tanquam raptor & pacis violator, prout demeruerit, puniatur, consuetudine, si quæ sit, contraria non obstante. Si quis autem repertus fuerit & convictus perturbator pacis istius, & finalis concordia inter prædictos reges & regna & eorum regnicolas habitæ & confirmatæ, per regem, in cujus dominio repertus fuerit, qui talia præsumpserit, sic acriter puniatur, ut poena illius metus fiat aliorum. Et in hujus rei testimonium, parti hujus

1. Sic.

scripti, in modum chirographi confecti, remanenti penes dictum dominum regem Norwegiæ illustrem, sigillum dicti Domini regis Scotiæ, una cum sigillis venerabilium patrum, Gamelini Sancti Andreæ & Johannis Glasguensis, Dei gratia, episcoporum, & nobilium virorum Alexandri Cumyn de Buchania, Patricii de Dunbarre, Wilielmi de Marre, Adæ de Carrik comitum, & Roberti de Meyneres baronis, est appositum. Et alteri parti ejusdem scripti, in modum chirographi confecti, penes dictum regem Scotiæ remanenti, sigillum excellentis dicti Domini regis Norwegiæ, una cum sigillis venerabilium patrum Petri Bergen, Thorgilfi Stanangrensis, Dei gratia, episcoporum, & nobilium virorum Gonti de Mele, Brunolme fil. Johannis, Fymis fil. Gouti, Andreæ fil. Nicholai, & Asketune Cancellarii dicti regis Norwegiæ, est appensum. Quas quidem compositionem & finalem concordiam, concessionem, resignationem & quietam clamationem, sic pro bono pacis inter præfatos illustrissimos principes, Dominos Magnum quartum & Alexandrum tertium Norwegiæ & Scotiæ reges, amicabiliter & socialiter factas, nec non dictas renovationem & confirmationem, per prælibatos ferenissimos principes, Dominos Robertum primum & Haquinum quintum Scotiæ & Norwegiæ reges, postea initas & confectas, una cum ceteris omnibus & singulis, quæ in ipsis superius continentur,

nentur, serenissimus Princeps Dominus Ericus, rex Norwegiæ antedictus, pro se & heredibus suis regibus Norwegiæ & regno¹ sub Norwegiæ, per nuncios suos supradictos approbavit, ratificavit, & in persona dicti illustrissimi Principis, Domini Jacobi regis Scotiæ & heredum suorum, renovavit in præsentis scripto, æternaliter confirmavit, dictus vero illustrissimus Princeps, Dominus Jacobus rex Scotiæ illustris, eandem compositionem & finalem concordiam, concessionem & quietam clamationem, sic pro bono pacis inter præfatos serenissimos principes Dominos Magnum quartum & Alexandrum tertium, Norwegiæ & Scotiæ reges, amicabiliter & socialiter factas, ac similiter renovationem & confirmationem, per prælibatos serenissimos principes Dominos Robertum primum & Haquinum quintum, Scotiæ & Norwegiæ reges, postea initas & confectas, una cum solutione centum marcarum annuarum Sterlingorum, ad usum curiæ Romanæ & regnorum Franciæ, Angliæ & Scotiæ facienda Domino regi Norwegiæ, heredibus suis, & regno Norwegiæ in perpetuum annuatim in ecclesia beati Magni martyris in Orchardia terra, viz. donum regis Norwegiæ, infra Octavas Nativitatis beati Johannis Baptistæ, juxta obligationis & conditionis formam, sicut in originali, super hoc confecto, plenius continetur, una cum ceteris omnibus

1. Sic MS. F. suo.

supradictis, excepta solutione illarum quatuor milium marcarum Sterlingorum, solvendorum, ut prænотatur, in dicta compositione pro se, heredibus suis successoribus, & regno suo, approbavit, ratificavit, & in persona dicti serenissimi Principis, Domini Erici regis Norwegiæ illustris, & heredum suorum Norwegiæ regum, renovavit, & præfenti scripto æternaliter confirmavit. Propterea, ut inter præfatum Dominum Ericum regem Norwegiæ, successores & subditos suos, regna & dominia sua Norwegiæ, Daciæ & Sueciæ ex una parte, & prælibatum Dominum regem Jacobum illustrem, successores & subditos, & regnum suum Scotiæ ac dominia sua parte ex altera, ammodo firmior & ferventior amicitia succrescat & continuetur, & ut ligii & subditi utrorumque regum infra regnum & dominia alterutra communicare, & in locis

¹ a hoc constitutis, & ab antiquo consuetis, licite & libere mercandizare, sub indubitata pacis tranquillitate, valeant in futurum, juribus & consuetudinibus approbatis utrorumque regnorum semper salvis, finaliter concordatum est inter prælibatos Dominos reges, quod omnia & singula damna, transgressiones, defectus, & universa delicta, attemptata aut perpetrata, ac similiter poenæ restitutionis seu debita, si qua occasione hujusmodi transgressionum forent resarcienda, seu quocunque modo exigenda, annuali pensione regi Norwegiæ, & suis successoribus

in perpetuum annuatim solvenda, ut præmittitur, super salva inter prædictos reges, prædecessores suos, legios aut subditos suos, aut dictorum regnorum Scotiæ & Norwegiæ quibuscunque retroactis usque in hodiernum diem temporibus, ex utraque parte pro se, regnis, subditis & successoribus omnino & penitus remittentur, quittantur, & omnibus fraude & dolo postpositis, tanquam soluta & reformata, absque aliquali futura impetitione in perpetuum relinquuntur. Et ad præscriptas antiquas compositionem & finalem concordiam, cum omnibus & singulis in eisdem contentis, fideliter observandum, & nunc per Dominos Ericum & Jacobum, Norwegiæ & Scotiæ reges præfatos, approbatis, ratificatis, renovatis & confirmatis, ut supra dictum est, venerabilis pater dominus Thomas Orchadensis episcopus & Swalo Johannis armiger, ad hoc speciale mandatum habentes, pro serenissimo domino suo Erico rege Norwegiæ suprascripto, heredibus suis & assignatis, in animam ipsius regis & in animas suas proprias juraverunt publice tactis sacrosanctis Evangeliiis. Et strenuus vir dominus Wilielmus de Crichton miles, & magister Wilielmus de Fowlis, super dictis ad hoc similiter speciale mandatum habentes, in animam domini sui Jacobi illustris regis Scotiæ antedicti, & in animas eorum, pro dicto domino suo rege, & heredibus suis & assignatis, modo consimili juraverunt.

Johannis de Fordun &c.

verunt. In cujus rei testimonium parti hujus scripti, in modum chyrographi & indenturæ confecti, remanenti penes dictum regem Norwegiæ illustrem, litera commissionis dicti domini Jacobi regis Scotiæ cum sigillo suo sigillata, una cum sigillis dictorum nunciorum suorum, dominorum viz. Wilielmi militis, magistri Wilielmi præpositi, & Thomæ de Craufstone, est annexa, alteri vero parti ejusdem scripti, penes dictum dominum regem Scotiæ remanenti, litera commissionis ipsius domini Erici regis Norwegiæ illustris sigillo suo sigillata, una cum venerabilium patrum dominorum Assaci, Johannis, Auberni & Thomæ episcoporum, ac aliorum nobilium, Eudridi scil. militis, Swalonis, Harinke, Olani, Gutturini & Narvæ prædictorum nunciorum ejusdem, sigillorum appensione remanet coaffixa.



